

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Cratylus Platonis, vel, de recta nominum ratione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

me puta. Obsecro te Socrates ne aliter facias, ne quædam nomina nunc, ita & posthac coram Lyſia cæterisq; hominibus, partim quidem laudare te, partim verò vituperare neceſſe ſit. Et nanq; qui nondum ad virtutem ſit prouocatus, conferre te plurimum aſſeram: Perſuaſo autem contrà, impedimento eſſe te propemodum, quo minus ad virtutis finem perueniens, beatus efficiatur.

CAETERA DESUNT.

CRATYLVS PLATONIS, VEL, DE RECTA NOMINVM RATIONE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



SAPIENTIA Platonica ſemper quidem ſuſpicit excelsa, nec vnquam humilia deſpicit: quanquam verorum ſcientia nominum non eſt humilis, imò excelsa, præcipuè diuinorum. Hanc ſapientes Hebræi tanti fecerunt, vt eâ non modo ſcientiis omnibus, verumetiam legi ſcriptæ prætulærent, affirmantes ipſam à deo patriarchis & Moysi fuiſſe tributam: Moysi, inquam, eam nõ literis, ſed ſanctorum mentibus inſcripturo: Mentibus, inquam, ſuccedentium prophetarum, deinceps diuinorum nominum ſapientiam in mentes eorum qui ſuccederent longa quadam ſerie propagantium. Horum ergo virtute nominum maiores ſuos opera miranda feciſſe. Præterea nonnulla ex his nominibus ſcriptis ſuis inſeruiſſe, ſed plerunq; vel ſparſa, vel inuoluta: quæ ſi quis cognofcat, & colligat, & perfectè eademq; mentis puritate, quæ & cui ſunt tributa, pronunciet, mirabilia ſimiliter effecturum: præſertim in primo dei nomine, quod cum quattuor duntaxat, & his quidem vocalibus literis mirabiliter componatur, nimirum à nullo niſi diuinitus inſpirato rectè pronunciaripotèſt. Vnde fateri coguntur Ieſum, quem ipſi Nazarenum vocant, fuiſſe diuinum. Quiſpe cum eum nominis huius Tetragrammaton intelligentia vera, & pronunciatione perfectè ſeciſſe miracula fateantur. Verum de his in libro De religione à nobis ſatis eſt dictum. Origenes quoque cû diuinorum nominum orationumq; virtutem mirificam conſideraſſet, in libris contra Celfum, inquit, in quibusdam ſacris nominibus mirandam latere virtutem, ideoq; hæc ipſa non eſſe ex Hebræa lingua in aliam transferenda, ſed in ſuis ipſis characteribus conſeruanda. Forè enim quemadmodum in corpore certa ratione compoſito vita permanet, quo vel aliter compoſito, vel permutato non permanet: ſic vitalem quandam putant diuinis nominibus certo diuinitus modo compoſitis, in eſſe virtutem. Et quemadmodum ab initio docuit Mercurius Trimegiſtus, ac diu poſtea Plotinus & Iamblicus, ſtatuis quibusdam ordine certo compoſitis demones quodam modo includuntur. Verbis autem ad celeſtem quandam ſimilitudinem temperatis diuinæ quædam dotes distribuuntur, & id quidem prouidente deo, vt quæ res ipſa poſtulat, rite poſſemus diuinum auxilium inuocare. Quod quidem ab ipſo Phædo atque Pythagoræ obſeruatum fuiſſe tradunt, quos ſeruat diuinis quibusdam duntaxat verbis tam animi quam corporis morbos mirifice curaviſſe. Quæ quidem in re compertum habemus totam Zoroaſtris ſapientiam conſtituiſſe, quam Plato in Aleibiade diuinam appellat, & in Charmede morborum animi & corporis curatricem. Mitto quædam omnes gentes atque linguæ præcipuum dei nomen quattuor ſolum pronunciant literis. De hoc enim latius tractatur à nobis in commentariis in Philebum, vbi probatur non potuiſſe in hoc vno gentes omnes niſi diuinitus conuenire. Hinc Aegyptij quem nos deum, Thebit nominant: Perſæ, Syre: Magi, Orſi: vnde Oromafiſ: Hebræi illud quattuor vocalium ineffabile nomen vitæque poſſunt exprimunt per Adonai: Græci, Theos: Arabes, Alla: Machomet, Abdi: nos accepimus ab angelo Ieſum. Sed cur voluit deus quattuor vbiq; literis inuocari? Forſitan quia & ipſe per quattuor gradus cuncta diſponit, ſcilicet eſſentia, eſſe, virtute, actione componens. Item celeſtia triplicitatibus ſignorum quattuor, ignea, æreæ, aquæ,

terrea, & quæ ſub celo ſunt, quattuor ſimiliter elementis. Nemo verò mirabitur tantam in veris nominibus vim latere, ſi modo conſiderauerimus ipſam rei vim naturalem, quando verè cognofcimus, perueniri ab obiectis ad ſenſus, ab his ad imaginationem, ab hac quoque ad mentem. Deinde à mente concipi quidem primum, deinde per vocem exprimi quaſi partum. Atque in hac ipſa voce ſuis quibusdam articulis conſtituta vim ipſam rei ſub ſignificationis forma quaſi vitam latere: vitam, inquam, ab ipſa mente per ſententiarum conceptam primo, deinde per voces editam, poſtremo per ſcriptam ſeruatum. Quod ſi cæterorum nomina vim rerum quodammodo ſeruant, ideoq; per illa quaſi rerum imagines ipſe res agnoſcuntur, multò magis diuina nomina ab ipſo deo tradita vim ſuam perpetuò ſeruant. Nec immerito. Nomen enim verum, vt Platon placet, nihil aliud eſt quam rei ipſius vis quædam mente primum, vt dixi, concepta, voce deinde expreſſa, literis demum ſignificata. Rei autem diuinæ neceſſe eſt virtutem eſſe diuinam. Quamobrem dei nomina cum illis diuina vis inſit, Plato & hic & in Philebo reuerari iubet, atque vt ſignificat in legibus, multo etiã magis quam delubra ſtatuaſq; diuinas. Expreſſior enim imago dei in artificioſa præſertim aſſatè diuinitus, quam in manuum operibus reſeruat. Nomina verò dei prima atque ſinceriffima apud mentes ſuperas celeſtesq; eſſe iudicat, à quibus expreſſus deus, vt ita dixerim, ipſe concipitur. Secunda verò in demonibus purioribus. Tertia in animis hominum, eaq; per priſcos viros deo aſſatos quaſi dei tribus fuiſſe prolata. Dei itaque nomina nobis per antiquos ſanctosq; tradita, tanquam imagines radiq; dei ipſius eſſe videntur, per ſuperiora nunquam, perq; ſanctiores hominum animos penetrantes. Quisquis autem ſolem, vt par eſt, admiratur, merito veneratur & ſolis lumen. ita & deum colere oportet in primis, ſimilq; dei radios, viros, imagines in ſacrorum nominum ſignificatione latentis. Audianus ergo Socratem in Philebo ita clamantem. Reuerentia mihi ſemper erga deorum nomina, non humana quædam formido eſt, ſed maximum quæque timorem exuperat. Audiamus eundem rursus in Phædo ſe expiantem, quod in Amorem dei nomen forè diſputando deliquerit. Audiamus Platonem in vndecimo Legum, eos qui deorum nomina mendacio & periurijs inquinauerint, ſacrilegos omnino cenſentem, iubentemq; illos à quolibet impune cædi: eum verò qui præſens non punierit, tanquam proditorè legum rigide condemnantem. Neque verò nos turbet quod plures ſæpe nominet deos. Vnicum enim per ſeipſum in Parmenide, atque Timæo probat eſſe deum, cæteros verò angelicos, celeſtesq; dei miniſtros, cum deos nominat, non tam deos quam diuinos intelligit. Poſtquam verò in Parmenide ad vnum deum omnia comparauit, nomina quoque illius ſpernenda non cenſuit, in quibus cum mira dei mirera lateant, non iniuria diuinis ille theologus Dionyſius Areopagita omnia theologica & myſteria in diuinis nominibus exquiſiuit. At cur ſilentio prætermiſimus ſplendorem illum veritatis Apoſtolum Paulum dicentem, Sermonem dei eſſe viuum atque efficacem, vehementius omni gladio accipiti penetrantem? Item illud eiſdem: Dominus deus iſti nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu ſteclatur celeſtium, terreſtrium, infernorum? Sed iam ad dialogum redeamus. Hermogenes Parmenidis diſcipulus & ſectator, atque Cratylus ſectator Heracliti, de reſtitudine nominum diſidentes, dum ille quidem nomina ſolum arbitrio, hic verò naturali quadam ratione habere vim putat, denique Socratis ſe iudicio ſubigunt. Principio quàm bellè tres hic Platonis conueniunt præceptores. Hic enim à Socrate moralia, à Cratyllo phyſica, ab Hermogene poſitiſimum metaphyſica, præter illa quæ ipſe inuenit, dicitur accepiffe. Cratylus quidem ſectator eſt Heracliti, cæterorumq; priſcorum, qui multis ante Heraclitum ſæculis philoſophati ſunt, putaueruntq; nihil vſquam ſtabile, ſed omnia in perpetuo motu verſari. vnde & nomina rebus ab ipſo motu plurimum poſuerunt. Hermogenes verò Parmenidis Pythagoreorumq; cultor, contrà putantium omnia permanere. Eiuſmodi controverſiam inter Hermogenem & Cratylum Socrates & Plato ita componunt, vt Heracliti quidem ſententia in Phyſicis, Parmenidis verò in metaphyſicis ſit probanda: ſiquis autem vel ſtatum rerum ad naturalia, vel motum tranſferat in diuina, ſit penitus improbandus. Sed his omiſſis, quantum ad nomina pertinet, Socrates in Cratylis ſententiam magis declinare videtur, eam hoc pacto confirmans. Oratio num alia vera eſt, alia falſa: & orationis veræ partes veræ ſunt: orationis falſæ, partes quoque ſunt falſæ. Partes autem orationis ſunt nomina: quo ſit vt nominum alia vera ſint, alia falſa. Oratio quidem vera eſt quæ res ipſas vt ſunt ita dicit: falſa verò, quæ contrà. Quapropter & nomina vera ſunt illa quæ res ita vt ſunt poſitiſſe, quam vt placet arbitrio, proferunt. Quoniam verò Protagoras putat qualia cuiq; videntur quæque, talia eſſe, adeo vt res

Nomē Dei apud populos diuerſos

nulla essentiam habeant propriam, sed humana opinio omnium sit mensura: ideo Socrates contra Protagoram infert, alios quidem homines esse optimos, scilicet prudentissimos, alios vero pessimos, scilicet à prudentia remotissimos. At si, ut putat Protagoras, unicuique uestra illa sint quae quilibet opinatur, nullum certe erit inter prudentem imprudentemque discrimen. Sed Protagoras subtilissimè in libro de scientia confutatur: oportuit tamen & hic breuiter confutari, ut facilius Hermogenis opinio de nominibus illius quodammodo similis refelli posset. Profecit Hermogenes haudquaquam Protagorae de rebus differenti credit: sed dum nomina rerum veritatem ex hominum arbitrio habere fatetur, clam in Protagoricam de rebus declinat sententiam. Latenter quoque in opinionem Euthydemii, dicentis omnia omnibus similiter semper adesse, qui ex eo breuiter reprobat, quod non alij quidem boni essent, alij uero mali, si aequè omnibus adesset & uirtus & uitium. Tu uero inter haec nota tritissimam Platonis nostri sententiam, totam uirtutis uim in ipsa prudentia, totam uirtutis in imprudentia collocari. Postquam confutata est Protagorae & Euthydemii sententia, concluditur res ipsas non pro opinione nostra, sed pro ipsa natura sua in ipso ordine rerum tales, aut tales existere. Quod si naturaliter sese habent essentiae, naturales quoque sunt actiones atque passionis. Itaque si diuidere uel comburere rem quamquam studeamus, non tam pro arbitrio nostro quam pro natura rei id faciemus, ut eo modo & instrumentum quo diuidi possit aptius, diuidamus, similiterque comburamus. At dicere & nominare actio quaedam esse uidetur, ideoque propria debet habere naturam. ut non ita sicut placet nobis, sed ut rei modus exigat nominemus. Est enim nomen instrumentum quoddam, quo rem nominatam ab alijs discernimus atque diuidimus. Eiusmodi uero instrumentum ut patet in ceteris, ad proprium id officium non casu, non pro libidine, sed arte accommodari ita debet, ut ea sit forma dispositum per ipsam artis ideam, quae uelut ad finem ad discernendum aptissime diuidendumque conducatur. instrumentum uero huiusmodi, id est nomen, tum ad res discernendas, tum ad docendos audientes accommodatum, non cuiuslibet est fabricare, sed artificis cuiusdam nominum conditoris, qui omnium est rarissimus. Hic autem ea ratione nomina fabricat, qua artifex usus nominibus exigit atque instruit. Talem uero esse Plato uult dialecticum. At ille qui fabricat, ad ipsam rei ideam mente conceptam, in qua uera consistit ratio nominis, componit nomen, certa quadam significatione praeditum. Atque haec ipsa idealis ratio significationis, uerum est nomen, manetque idem circa rem eandem in quacunque literarum materia fiat, apud quascunque gentes, modo quid res ipsa sit doceat discernendo. Conclude nomina, si modo uera futura sint, recteque ponenda, constitui debere à sapiente nominum conditore, atque id quidem dialectico admonente, ut ea forma consententur qua rerum proprietates pro uiribus imitentur & explicent. Post haec diligenter inquirens, à quibus discenda sit nominum rectitudo, id est propria qua constituta sint ratio, sophistas deridet, traducitque; nos potius ad poetas: non quoslibet, sed diuinos, quasi qui uera rerum nomina à dijs acceperint, apud quos uera sunt nomina. Inter haec ostendit Homeri poësim allegoricam esse, etiam ubi historiam narrare uidetur, quemadmodum in nominibus allegoricè fictis apparet. Refert autem multa apud Homerum heroum nomina certa allegoriæ ratione composita. deinde ad deorum ascendit nomina, quorum rationes ab auctustioribus theologis accepit. Prima quidem nominum positione, Caelus significat animam sphaerae stelliferæ, Saturnus sequentis sphaerae animam, Iupiter uero tertia. Secunda uero positione Caelus significat deum, Saturnus angelicam mentem, Iupiter mundi animam atque caelestem. Tertia Caelus dei ipsius significat fecunditatem, Saturnus eius intelligentiam, Iupiter beneficam uoluntatem omnibus prouidentem. Quarta Caelus in quolibet numine aspectum ad superiora designat, Saturnus respectum ad semetipsum, Iupiter profectum inferioribus prouidentem. Prolixior fore cogat, si singulos hic deos theologice interpretari uoluerit. atque id quidem latius in libro De amore, & Theologia tractauimus. Quoniam uero de diuinis tractare non est eius qui semper dicat se nihil scire, conuenienter Socrates ubi de diuinis alius agit, dicit eam sapientiam nuper uide ne sciat, illuxisse, significans inspiratione opus esse ad ueram diuinorum perceptionem. Quod & in Timæo, Coniugio, & Phædro confirmat. probat idem & in epistolis. Quod autem diuinorum contemplationem ab Euthyphrone accepisse se dicit, ironicum est, deridetque illum & similes diuini iuris professores ambitiosos. Quo fit ut non immerito, quae ab illo se fingit audiuisset, asserat fore paulo post dimittenda, admonens confidendum non esse doctrinis ambitiosorum, praesertim ubi indicant de diuinis, de quibus etiam probatissimus homo, nunquam ut homo loqui possit: sed aliquando potius ut tuba dei. Huic illud quodammodo simile, quod Plutarchus ait, legem

extare apud Græcos, per quam inberetur libros scelerum hominum etiam bonos è medio tolli, ut autorum memoria deleteretur. Significat praeterea antiquos consueuisse cum qui inter sacra corripiebatur à demone, ne diutius ab eo fatigaretur, paulo post quibusdam precibus sacrificijsque à demone soluere. Docet etiam non esse longum tempus in nominibus conterendum. Proinde reprehendit illos qui solas mundi sphaeras stellisque putent esse diuinas: quippe cum ab his tanquam affectui nostro natura propinquioribus atque mobilibus ad altiora nomina ob maiorem excellentiam sensibus nostris ignota stabilitaque sit ascendendum. Narrat praeterea deorum nomina non casu, sed partim humana ratione, partim inspiratione diuina inuenta fuisse. Nomina uero heroica & humana saepe uel ex maiorum cognominis, uel ex uoto fuisse posita, ideoque certam nominum rationem in diuinis nominibus potius quam in alijs esse querendam. Descendit post haec ad demones, affectique Hesiodi priscorumque sententia probatissimorum uirorum animas in aereos demones ascendere, qui & rerum sapientia polleant, & generi humano prouideant. Tu uero hic animaduerte, omnem bonum esse sapientem, atque uicissim bonum quidem ideo sapientem euadere, quia purgatam serenamque boni hominis mentem deus sapientia sua lumine implet. Sapientem quoque idcirco bonum esse, quia neque aberrat à fine, neque in his quae ad finem conferunt, fallitur eligendis. Animaduerte heroes semideosque eisdem existimari, atque ex mutuo inter deum hominemque amore nasci. Hinc illud. Sed ex deo nati sunt. Quia in re ostenditur inter genus humanum diuinumque cognatio. Attende mox officium hominis esse non sentire, sed ea quae sensit considerare. Deinde statum in anima in corpore esse, non contineri, sed naturam corporis continere: Corpus tamen apud Orpheum carcerem animae dici atque sepulchrum, utpote quae in corpore tanquam mortua indicetur. Memento & Anaxagoram putauisse mundi materiam unam ante alias esse animam, unum quoque praesse mentem. Hinc illud, Spiritus intus alit, totamque in se per artus Mens agit molem. Deinde considera piam Platonis modestiam dicentis: Quicumque sapit, agnoscat se deos deorumque inter se nomina ignorare. Addit orandum esse deum, ut nobis nomen sui proprium patefaciat: existimandum quoque esse nomina quae nos deo tribuimus, non ipsam dei naturam, sed notionem affectionemque circa deum nostram significare. Idcirco obsecrandum esse deum, ne ipsi in eo nominando displicamus. Idem in Phædro, & Parmenide, & Phædro, atque Timæo. Interpretatur deinde deorum nomina, narans primo illorum opinionem qui fuisse omnia putauerunt, quam denique improbat. Sed in his reuera memento deam Vestam significare essentiam formarum separatarum, diuinorumque stabile fundamentum, ideoque Vestae ante alios deos sacrificare prisco consueuisse. Item nomina quae in diuinis statum significant, ad illorum referri substantiam: quae uero motum, ad actionem: impropre quidem ad actionem intellectualem, proprie uero ad animalem. Nomen Rursus nomina deorum masculina significare in diuinis actum esse scientem, femina uero potentiam capientem. Praeterea quod femina caelum suo motu generet tempus consumens, continuè que consumat, quod signum quaedam est referens deum Caelum, & Rheam, atque Saturnum filios deorum. In his autem Caelus est essentia ipsa diuina, Rheam eiusdem uita: Saturnus mens eiusdem. Saturni filij idea uirtutum rerum, intelligentia diuina intra se genitæ, quae sicut producitur à mente, ita & reducuntur in mentem, eas in se, ut ita dixerim, absorbentem. Multitudo uero deorum circa diuersas mundi partes distributorum, & in ipsis earundem partium continetur ideis, & in angelicis mentibus ideis multifariam contemplantibus, & in animabus sphaeras mundi stellisque regentibus. Animaduerte praeterea Plutonium hic significare praecipue prouidentiam diuinam ad separatas animas pertinentem, quae puras animas bonorum suorum perpetuis illecebris adeo rapit & detinet, ut nolint ad nos ultra reuerti. Quod quidem infinitis Plotini Proclique animarum periodis non consentit. Probat animas penes Plutonium ideo uinculo quodam arctissimo & insolubili detineri, quoniam amatorio tenentur affectu. Vbi confirmatur Platonium illud in Coniugio, Legibusque, & saepe alibi, amatorium uoluntariumque nodum ceteris omnibus esse potentius. neque id quidem iniuria: nempe qui trahit quempiam per appetitum, tum potentius trahit, tum retinet firmius, quam qui per vim aliam conatur attrahere. quia non ab extrinseco tantum rapit, sed ab intrinseco. Praeterea quod ita raptum est, non modo non contendit solui, uerumetiam immititur ligatori, eodemque uinculo sese arctius implicat. Mitto quod raptor alius tanquam superior alienus que occurrit. Amatorius uero raptor, tanquam aequalem domesticumque, & palam & clam se nobis insinuat. Hinc Boetius probat ex mente Plotini, deum ad seipsum omnia potentissimè simul & suavissimè

suauissimè rapere, sui videlicet amore boni, quasi esta trahentem. Quod etiam Platonius confirmat Philo. Deus à principio ad finem omnia potenter attingit, suauiterq; dissonit. Id vero totū ex quarto Legum acceptum esse alijs ostēdemus. De Phæbo autem qui apud Orpheum lumen vitale significat, multa atque præclara sunt in Orphico Apollinis hymno: in sexto De repub. & in oratione Platonici Iuliani: & in opusculo nostro de lumine. Hic verò breuiter exponitur nomen Apollo. Quod triplicem significat solem, diuinum, angelicum, & caelestem. In primo quidem, lumen est superius intellectū. In secundo intellectuale lumen super visum. In tertio visibile lumen. Secundus appellatur à Platonico primus filius. Tertius imago dicitur vtriusq; sed, ut summam dicam, Apollo significat primo diuinæ angelicæq; substantiæ simplicitatem: Secundo vim per quam deus et angelus lauant animas, ab inferioribusq; purgant affectibus: Tertio beneficium quo à deterioribus solunt, melioribusq; coniungunt: Quarto virtutem ut ita dixerim sagittariam, qua per omnia procul sua munera iaculantur, & aculeis suis inuitos affigunt: Quinto efficaciam omnia temperantem, musicisq; modulis conuertentem. In his apparet Apollinis vaticinium, vbi simplex dicitur, & purgādo lauant atq; soluens. Ibidem apparet & medicina, item & sagittandi canendiq; peritia, vbi vires suas potenter extendit per omnia, & suauiter eisdem canētia contemperat mucem, & ad se ipsum feliciter contemperando conuertit. Similes quoque dotes atq; affectus videntur in sole & ad solem tertio atque caelesti. Inter hæc Socrates ait se in exponendis deorum nominibus iocari, videlicet cognoscens se diuinam substantiam his nominibus non attingere, sed vel affectus illorum narrare, vel affectus nostros circa illos pro viribus explicare. Addit & deos interdū iocari ac ludere: Iocatur quidem nos circa diuina, iocantur & dū circa nostra: quatenus videlicet nostra hæc & illis collata quā minima sunt, & illi hæc nullo labore, sed in æstimabili facilitate gubernant. Mitto in præsentia Platonium illud, Homo iocus est ludusq; deorum. Id enim vbi res exigit exponemus. Post hæc tertio iam apprime religiosus homo dicit se vereri de dijs vltimus disputare. Nempè & in ipso disputationis initio timendum est, ne forte de deo loquamur sine deo: & in media disputatione rursus, ne temere metiamur immensus: & circa finem rursus, ne vltimus sermonem de nominibus producamus, quā eorundem voluntas nobis aspiret. Mox notū totam Mercurij vim versari circa sermonem, ut intelligentia vim ad Saturnum potius intelligas pertinere. Item quod addit. Pana Mercurij filium esse bisformem, videlicet ob geminum sermonem. Verum scilicet atq; falsum: nota vbi Pan vti homo pingitur, sermonem verum significare: vbi verò vti brutum, falsum: ut hoc admonitus veravis falsa loqui, ne falsa loquendo sis falsus homo, verumq; brutum. Proinde ubi deridet antiquorum multos, quod dum ipsi paterentur vertiginem, putabat omnia verti, admo-uet ne pro natura præsertim temporali, metiamur æterna. At vbi dicit temperantiam esse salutem conseruationemq; prudentiæ, ostendit animam corporis perturbationibus ebriam non posse rerum ipsarū præsertim incorporalium percipere veritatem. Mox vbi nomen interpretatur, ostendit tria ad ipsum bonum pertinere: scilicet ut admirandum sit, ut amandum, ut suauē. Admirandum est, quando nos excitat, diuertit ab alijs, ad se conuertit. Amandum, cum accedimus ad ipsum atque hæremus. Suauē, cum eo implemur. Paulo post exponens iustitiæ nomen, docet diuinum iudicium omnia pene trare. Quod & cecinit Orpheus. Deinde significat iustitiā esse apud Anaxagoricos diuinam mentem omnium ordinaricem. Quod quidem Socrates, nec affirmare audeat, neque negare. Non negat quidem, quoniam ad deum iustitia pertinet. Non affirmat, quoniam accommodatus diceretur iustitiā esse diuinam voluntatem, singula pro meritis vel nature, vel voluntatis distribuentem. Aduerte rationem boni ad naturam quandam pertinere sese per omnia diffundentem. Rationem verò pulchri ad sapientiam ordinemq; manentem ab ipsa, & ad se reliqua pronocantem. Denique vim amoris ad inslu-entem quandam spectare ab oculis per oculos penetrantem. Post hæc multa de nominibus affert, quæ per superiora satis intelliguntur. Tangit opinionem de nominum origine triplicem, vel quod à dijs quodam accepta fuerint, vel quod à barbaris, vel quod à longitudine temporis adeo à prima origine permutata, ut primæ nominum positiones minimò discernantur. Mox deridet illos qui sequentium scientiam profitentur, cum antecedentia nesciant. Tu verò in sequentibus aueream aduertente sententiam, Grauisimam omnium deceptionem esse illam, qua homo seipsum decipit. In ea enim deceptor à decepto abest nunquam. Quoniam verò Cratylus ad seclā Euthydem de-elinat, quæ putat nullum dicere falsa, quia quisquis dicit, quod est dicat, itaq; dicat & verum: Socrates id hoc pacto redarguit. Sæpe dicimus adesse alicui quædam quæ procul absunt, atque vicissim abesse quæ adsunt. quod nihil aliud est quā falsa dicere. Similiterq;

conuenienter possumus nominare exprimentes per nomen literarumq; sonos quodammodo naturam actionemq; rei vel passionem, atque contra incogruè nominare. Post hæc vbi de numeris & qualitatibus mentionem facit, dicit in ordine numerorū semper unitate vel addita vel subtracta numeri speciem permutari, quod in qualitate non accidat. Id autem hac ratione arbitror euenire, quia tota numeri ratio in unitate eiusq; replicatione consistit. In qualitate verò cum præter unitatem eiusq; replicationem, alia quædam sit natura, merito vno gradu addito vel subtracto, aut etiam pluribus, qualitatis species non mutatur. Similiter in imagine. eatenus enim imago est, quatenus repræsentat: potest autem magis minusve referre. Idem sermè nominibus accidit. Nam quædam rerum ipsarum sunt imagines. Præterea cum nominis finis sit rem ipsam referre, præstat ipsum similitudine quædam rei, quā hominum conuentione referre. Rursum cum nomen constet ex literis, rem apte non potest exprimere, nisi ex syllabis literisq; propriè ipsam exprimentibus componatur. Et quoniam operosa res est literas, syllabas, nomina rebus singulis propriè accōmodare, imò etiam fieri nequit in numeris, idcirco miscendæ est consuetudo nature, ut quatenus fieri potest, natura rerum auteritatem habeat nominum. Vbi verò vel nullo modo vel difficilimè per nature proprietatem id fieri potest, fiat per consuetudinem conuentionemq; humanam, siue solam, siue nature conuictam. Animaduerte post hæc maximam diligentiam principijs adhibendam, in eisq; constituendis plurimum disputandum. Rursus fallacissima quædam ad scientiam ire via, quisquis ut monet Cratylus, per nominū proprietates rerum proprietates aucupatur. quandoquidem autor nominum non talia nomina quales ipse res sunt, instituit, sed quales ipse putauit, qui decipi potuit. Adde quod nomina eadem alijs aliter possunt interpretari, & ad opposita significanda pari probabilitate traducere. Profecto multa sunt nomina ita posita quasi res fuerant, multa quoque ita quasi manent. Est igitur fallacissimum, per nomina res iudicare. Paulo post considera: primum qui res nominauit, cognouisse prius eas quā nominaret: Item præscam opinionem, qua asseritur diuinam quandam virtutem ab initio hominē instruxisse, rerumq; nomina docuisse. Quod is que in Protagora & Politico dicuntur, est consentaneum. Fieri enim non potest, ut humanum genus, vel ab initio mundi, vel post ingentes illuiones aliter quā diuinitus sit instructum. Quod autem Socrates dicit circa ideas se somniare, declarat tum de hoc ipso Socratem & vulgo, & à comicis solum irrideri, tum idearum cognitionem per separationem mentis haberi somniū vaticinio similem. Mox probat ideas esse, quia super imperfectas formas oporteat esse perfectas. Item immutabiles ideas esse, si quidem speciales rerum rationes atque definitiones semper eodem modo se habeant. Addit, si status à rebus omnis auferatur, sequi ut res nulla verè sit aut hoc aliquid, aut tale aliquid, neque cognoscatur, cum quolibet momento deceptura sit iudicantem, necessario metientem. Subdit neque fore cognitionem, ipsam videlicet specialem cognitionis ideam, quæ semper eodem modo se habet. Concludit rerum scientiam non à nominibus, sed ab ideis esse quærendam, quarum notiones insitæ nobis prima veraq; sunt nomina rerū. Denique iuuenes admonet, ne de rebus grauibus facillè sententiam ferant, imò discant diu, expectentque ætatem maturiorem antequam iudicent.

HERMOGENES,
CRATYLVS,
SOCRATES.



IS Igitur sermonem nostrum et cū hoc Socrate conferamus? CRAT. Volo equidem, si tibi videtur. HER. Cratylus hic, o Socrates, rebus singulis ait naturæ inesse rectam nominis rationem. neque id esse nomen, quod quidam ex constitutione uocāt, dum vocis suæ particulam quandam pronunciant, sed rectam rationem aliquam nominum & Græcis & Barbaris eandem omnibus innatam. Percontor itaq; ipsum, num reuera Cratylus sit eius nomen. Ipse fatetur. Socrati verò quod nomen, inquam? Socrates ait. Nonne cateris omnibus, inquam, id est nomen, quo quæque vocamus? Ille non tibi tamen ait Hermogenes nomen est, neque

Proverbiū.

etiam si omnes homines te ita vocarint. Dumq̄ obsecro, ut sciscitanti mihi quidnam dicat aperiat, nihil prorsus declarat, sed me ludens, simulat sese aliquid versare animo, quasi nonnihil hac de re intelligat, quod si vellet exprimere, cogeret me idipsum fateri, eademq̄ dicere q̄ ipse dicit. Quamobrem libenter ex te audire, si qua rōne Cratylo vaticinium potes conijcere. libentius tamen sententiam tuam de nominum rectitudine, si quidē tibi placet, audirem. s. o. c. O Hipponici filii Hermogenes. Veneri proverbio fertur, Pulchra esse cognitu difficilia. At qui illa nōrum notitia hand parva res est. Equidem si ex Prodicō illam quinquaginta drachmarum demonstratio nē iam olim audissem, in cuius traditione etiam hac inerant, ut ipse testatur, nihil prohiberet quin tu statim nominum rectitudinem intelligeres. eam porro nunquam audiui, sed illam drachmā vnus dūtaxat. Quare quid in his verum sit, nescio, inuestigare aut tecum simul & cum Cratylo paratus sum. Quod autem dicit tibi non esse reuera nomen Hermogenes, quod à lucro dicitur, mordet te puto, quasi pecuniarum avidus sis, & impos voti. Verum, ut modo dicebā, difficilia hac cognitu sunt. Oportet aut rōnes vring in medium adducendo perquirere, vtrum ita sit, ut dicit ipse, an potius, ut Cratylo ait. HER. Enimvero, o Socrates, licet frequenter cum hoc caterisq̄ permultis iam disputauerim, nondū tamen persuaderi mihi pōt aliam esse nōis rectitudinem, quam conuentionem ipsam consensionemq̄. Mihi quidem videtur quodcumq̄ nomen quis cuiq̄ imponet, id esse rectum. Ac si rursus commutat, aliudq̄ imponit, nihilominus quam primum, quod illi succedit nomen rectum existere, quemadmodum seruis nōia cōmutare solemus: nulli quippe rei natura nomen inesse, sed lege & vsu illorum qui sic vocare consueverunt. Quod quidem si aliter se habet, paratus sum non à Cratylo tantum, verumetiam à quouis alio discere atq̄ audire. s. o. c. Fortē aliquid dicit Hermogenes. Consideremus itaq̄, quodcumque imponit quis cuiq̄ nomen vocatq̄, id illi nomē esse asseris? HER. Mihi sanē ita videtur. s. o. c. Et siue priuatus vocet, siue ciuitas? HER. Assero. s. o. c. Quid vero si ipse re aliquam vocem, veluti si quem nunc hōiem vocamus, ego equum nōiem, quemue equum, hōiem? publice quidem erit eadem homo nomen, priuatim equus, & priuatim rursus homo, publice equus. Ita loqueris? HER. Ita videtur. s. o. c. Dic iterum nū aliquid nuncupes vera loqui, aliquid loqui falsa. HER. Equidē. s. o. c. Nōne illa quidem vera erit oratio, hac autem oratio falsa? HER. Ita prorsus. s. o. c. Illa vero oratio qua existētia dicit, ut existunt, vera est, q̄ ut non existunt, falsa? HER. Certē. s. o. c. Est aut hoc, oratione, ea qua sunt, & q̄ non sunt, dicere? HER. Idipsum. s. o. c. Oratio q̄ vera est, vtrum tota quidē est vera, partes non vera? HER. Imo & partes vera. s. o. c. Vtrum partes magna vera, exigua vero particula falsa, an vera sunt oēs? HER. Oēs arbitror. s. o. c. Habes orationis partem aliquam minore nōie? HER. Nequaquam, hac .n. pars minima. s. o. c. Et nomē quidē hoc pars orationis vera. HER. Proculdubio. s. o. c. Pars vtriq̄ vera, ut ais ipse. HER. Vera. s. o. c. Pars aut falsa. HER. Aio. s. o. c. Licet ergo nomē verū, & nomen falsum dicere, siquidem & orationē. HER. Quid prohibet? s. o. c. Quod quisq̄ cuiq̄ nomē esse ait, id

Qua oratio vera, q̄ falsa.

Orationis pars minima est nomen.

& cuiq̄ nomen est? HER. Idipsum. s. o. c. An ē quotcumq̄ quis nōia cuiq̄ tribuit, totidē erunt? ac et quācumq̄ tribuit? HER. Haud equidē habeo Socrates, aliquā prater hanc nōis rectitudinem, ut videlicet liceat mihi quidem alio re vocare quod ipse imposui nōie, tibi aut alio quod tu imposuisti. Ita equidem in ciuitatibus videorundem propria q̄dam haberi nōia, & Græcis ad alios Græcos, & Græcis, ad Barbaros. s. o. c. Animaduertamus Hermogenes, vtrū res ipse ita se habere tibi videatur, ut propria rerum apud vnūquemq̄ essentia sit, quemadmodum Protagoras tradidit? rerum oīum dicēs hominem esse mensurā, ita ut qualia mihi quæq̄ videtur, talia & mihi sint: item qualia tibi, & tibi talia. An potius quādā esse putes, qua essentia sua quādam habeat firmitatem. HER. M. Quādoq̄, o Socrates, dubitans ad hac deductus sum, q̄ tradit Protagoras. Ita tamen esse haud satis mihi persuadeo. s. o. c. Nūquid & ad hoc aliquando es deductus, ut tibi nequaquam videretur aliquē esse hōiem oīno malum? HER. Non per Iouem. imo sepe numero ita sum affectus, ut existimarem hōies nonnullos oīno malos esse, & quidem plurimos. s. o. c. Prorsus aut boni nulli adhuc tibi visi sunt? HER. Admodum pauci. s. o. c. Visi ergo sunt aliqui? HER. Aliqui. s. o. c. Qua rōne hoc iudicas? hācne? oīno quidem bonos esse, oīno prudentes. prorsus vero prauos, imprudentes oīno? HER. Mihi sanē ita videtur. s. o. c. Si Protagoras vera dixit, estq̄ hac ipsa veritas, ut qualia quæq̄ cuiq̄ videntur, talia sint, fieri ne potest, ut alij hōiem prudentes sint, imprudētes alij? HER. Nequaquam. s. o. c. At qui hac, ut arbitror, tibi oīno videntur, cum videlicet prudentia q̄dam & imprudentia sit, Protagoras haud oīno vera loqui posse. Neg. .n. alter altero reuera prudentior erit, si q̄ cuiq̄ videntur, cuiq̄ vera erūt. HER. Ita est. At neg. Euthydemo assentiris, ut arbitror, dicenti oīa oībus esse similiter ac semper. Neg. .n. alij boni, alij mali essent, si semper & aequē oībus & virtus inesset et prauitas. HER. Vera loqueris. s. o. c. Ergo si neg. omnia oībus insunt semper atq̄ similiter, neg. cuiq̄ proprium vnūquodq̄, constat res ipsas esse. qua essentiam quādam firmā in se habent, neg. quo ad nos, neg. à nobis per imaginationem sursum deorsumq̄ distracta, sed secundū se ipsas quo ad ipsarum essentiam, ut natura instituta sunt permanentes. HER. Idē mihi quoq̄ videtur, o Socrates. s. o. c. Vtrū res ipse ita natura consistunt, actiones aut illarum nō ita, sed aliter? an & actiones ipse similiter quādam rerum species sunt? HER. Et ipse oīno. s. o. c. Ergo actiones ipse secundum naturam suam, non secundū opinionem nostram fiunt. Quemadmodum si nos rem quēpiam diuidere statuamus, vtrū sic diuidenda res quæq̄ est, ut nos volumus, & quo volumus? an potius si vnūquodque diuidamus secundum naturam qua diuidere et diuidi oportet, itē mque eo quo secundum naturam diuisio fieri debet, diuidemus vtrique rectē, & aliquid proficiemus, ac rectē istud agemus? Sin autem prater naturam, aberrabimus, nihilq̄ proficiemus? HER. Mihi quidem ita videtur. s. o. c. Atq̄ etiam si comburere aliquid aggre diamur, non secundum omnem opinionem comburere oportet, sed secundum opinionem rectam. hac autem est qua ratione naturaliter quodque comburi debet atque comburere, & quo debet. HER. M. Vera hac sunt.

Sententia Protagoræ circa opinionem

Sententia Euthydemus

SOC. Nōne eadē de ceteris ratio? HER. Eadē. SOC. An non & dicere vna quaedā operationum est? HER. Est planē. SOC. Vtrum rectē dicet, qui vt sibi dicendū videtur, ita dicit? an potius qui ita dicit, vt ipse rerū natura dicere dicit, requirit? & si quo natura exigit, eo & dicat, aliquid dicēdo proficiet: sin aliter, aberrabit, nihilq; efficiet. HER. Ita equidē vt ait, existimo. SOC. An non dicendi pars q̄dam est nō are? & qui nomināt, loquūtur quodāmodo? HER. Omnino. SOC. Et nō are actio quaedam est? quandoquidem & dicere actio q̄dam circa res est. HER. Prorsus. SOC. Actiones autē nobis apparuerunt haud ad nos respicere, sed propriam quandā sui habere naturam. HER. Est ita. SOC. Nō andum itaq; ea rōne qua rerum ipsarum natura nō are ac nō are postulat, & quo postulat, non aut pro nostra voluntatis arbitrio, si standū est in his quae dicta sunt. HER. Sic est. SOC. Atq; ita aliquid peragemus, nō abimusq;, aliter verō nequāquam. HER. Apparet. SOC. Quod incidendū est, aliquo incidendū. HER. Aliquo. SOC. Et quod texendū, aliquo certe texendum, quōdne perforandum, aliquo perforandum. HER. Planē. SOC. Itē quod nō andum, aliquo nō andum. HER. Sic oportet. SOC. Quid illud, quo aliquid perforare oportet? HER. Terebrum. SOC. Quid quo texere? HER. Radius pectenq;. SOC. Quid quo nō are? HER. Nomen. SOC. Bene loqueris, idēq; instrumentum aliquod nomen est. HER. Est. SOC. Si q̄rerem quod instrumentum est radius pectenq;, responderes quo teximus? HER. Nō aliud. SOC. Textentes verō quid facimus? an non subtegmen & stamina confusa, radio discernimus? HER. Istiuc ipsum. SOC. Idē de terebro ac ceteris respondebis? HER. Idē. SOC. Potes & circa nomē similiter declarare, quid facimus dum nōe ipso quod instrumentum est, aliquid nō amus? HER. Nequeo. SOC. Nunquid docemus inuicem aliquid, ac res vt sunt, discernimus? HER. Nēpe. SOC. Nomen itaq; rerū substantias docendi discernēdiq; instrumentum est, sicut pecten & radius ipse tela. HER. Sic est dicendum. SOC. Radius porō textoriū est instrumentū. HER. Quidni? SOC. Textor itaq; radio ac pectine rectē vtetur, rectē, inquā, secundū texendi rōnem: ille verō qui docet, nōe vtetur, & rectē, rectē videlicet secundū docendi propriā rōnem? HER. Certē. SOC. Cuius artificis operē bene vtetur textor, quando radio pectineq; vtetur? HER. Fabri lignarij. SOC. Quis quēne lignarius faber, an potius qui artem habet? HER. Qui habet artē. SOC. Cuius item operē rectē perforator vtetur? HER. Aerarij fabri. SOC. Nū quisq; est faber aerarij? an potius qui habet artē? HER. Qui artē. SOC. Age ergo, dic cuius operē ipse doctor vtatur, quoties nōe vtitur. HER. Nescio. SOC. Assignare & hoc nescis? quis nobis tradit nōa quibus vtimur? HER. Ignoro & hoc. SOC. Nōne lex tibi videtur nobis nōa stautuisse? HER. Videtur. SOC. Ergo legislatoris vtetur operē doctor, quando nomine ipso vtetur. HER. Opinor. SOC. Cōditor legis quilibet tibi aequē videtur, an qui arte est p̄ditus? HER. Arte p̄ditus. SOC. Quare nō cuiuscūq; viri est Hermogenes nomē imponere, verū cuiusdam nōum autoris: hic autē ē, vt videtur, nōum institutor, qui rarior omni artifice inter hoīes reperitur. HER. Apparet. SOC. Animaduerte obsecro, quō respiciens nōum

institutor, nomina rebus imponit: imō superiorum exemplā dijudica, quō respiciens faber radius pectenq; conficit. nōne ad tale aliquid quod ad texendum natura sit aptum? HER. Prorsus. SOC. Si in ipso operē radius hic frangatur, vtrum alium iterū fabricabit ad fractū istius imaginem? an potius ad speciem ipsam respiciet, ad cuius exemplar radius, qui fractus est, fecerat? HER. Ad ipsam, vt arbitror, speciem. SOC. Nōne speciem ipsam merito ipsius radij rōnem, ipsumq; radius maxime nominabimus? HER. Opinor. SOC. Si quando oportet conficienda vesti tenui, vel crassiori lineae, siue laneae, siue cuius alteri radiū apparare, radios singulos oportet speciem radij ipsius habere: qualis verō cuiq; naturaliter est accōmodatissimus, talē ad opus peragendū, vt natura postulat, adhibere. HER. Oportet sane. SOC. Eadē de ceteris instrumentis est ratio. Nā quod natura cuiq; cōgruit, instrumentū adinueniendū est, atq; id illi attribuendum, ex quo efficit non qualecūq; vult qui fabricat, sed quale natura ipsa exigit. Terebrum namq; cuiq; accommodatum scire oportet in ferro perficere. HER. Patet. SOC. Radiū quinetiam singulis competentē in ligno. HER. Vera haec sunt. SOC. Quippe ipsa rōne natura alius radius tela alteri cōpetit, & in alijs eodē modo. HER. Sanē. SOC. Oportet quoq; vir optimē, vt ille nōum institutor nomen natura rebus singulis aptū in vocibus & syllabis exprimat, ad idq; respiciens quod ipsum nomen est, singula nomina fingat, atq; attribuat, si reuera nōum autor est futurus. Quod si non isdem syllabis quisq; nōum conditor nomen exprimit, animaduertendum est, quōd neque fabri oēs aerarij eodem in ferro id faciunt, quoties eiusdē gratia idem fabricant instrumentum. Verum quatenus eandem ideam attribuunt, licet in alio & alio ferro, eatenus rectē se habet instrumentum, siue hic, siue apud Barbaros fabricent. Nōne? HER. Maximē. SOC. Nōne & eodem modo censebis, donec institutor nōum qui apud nos est, & qui apud Barbaros, nōs speciem cuiq; competentem tribuunt, in quibuslibet syllabis nihilō deteriore esse vnum altero in nōibus imponendis? HER. Equidem. SOC. Quis cogniturus est, vtrum conueniēs radij species cuiuscūq; ligno sit impressa? num faber qui efficit? an textor vsurus? HER. Probabile est, dō Socrates, magis eum qui est vsurus, cognoscere. SOC. Quis lyrae fabricatoris operē vtitur? nōne ille qui fabricantem instruere pot, & opus rectēne an contra factum sit, iudicare? HER. Omnino. SOC. Quis ergo? HER. Citharista. SOC. Quis autē operē structoris nauium? HER. Gubernator. SOC. Quis item nōum conditoris operi optime praesidebit, & expletum dijudicabit & apud Graecos & apud Barbaros? Nōne & qui vtetur? HER. Is certe. SOC. An nō is est qui interrogare scit? HER. Iste. SOC. Idem quoq; respondere. HER. Nēpe. SOC. Eū verō qui interrogare scit atq; respondere, alium vocas, quā dialecticum? HER. Dialecticum profectō. SOC. Fabri itaq; opus est temonē facere gubernatore p̄cipiente, si bonus futurus est temo. HER. Apparet. SOC. Nominum quoq; autoris nomen, monente dialectico viro, si modo rectē ponenda sunt nomina. HER. Vera haec sunt. SOC. Apparet ergo Hermogenes haud leue quiddā, vt ipse censes, nominis impositionem esse, neq; id esse imperitorum & quorumuis hominum opus. Nēpe Cratylus

Quomodo nominabit qui rectē nominabit.

Dialecticus nouit rectē imposita nomina rebus sint, necne.

Vera

Nomen, rerum substantias docendi discernēdiq; instrumentum.

Vera loquitur, cum nomina dicit natura rebus compete-
 re, neq; unum quemvis esse noium autorem, sed illum
 duntaxat, qui ad nomen respicit, quod natura cuiq; con-
 uenit, posteaq; speciem ea literis syllabisq; inferere. HER.
 Nescio Socrates, qua rone his qua dixisti, sit repugnan-
 dum: forte vero non facile est subito sic persuaderi. Vi-
 deor aut mihi hunc in modu tibi potius assensurus, si oste-
 deris, quam dicas esse natura rectam nois rone. SOC.
 Equidem, o beate Hermogenes, adhuc nullam dico, fer-
 me nang e memoria excidit quod dixeram supra, me vi-
 delicet hoc ignorare, verum una tecum perquirere. Nunc
 aut mihi & tibi simul inuestigantibus hoc duntaxat p-
 ter superiora compertum est, rectitudinem aliquam natu-
 ra nomen habere, nec quemlibet posse nomen rebus acco-
 modare. Nonne? HER. Valde. SOC. Considerandu re-
 stat, si nosse desideras, qua nam ipsius sit nois rectitu-
 do. i. ratio recta. HER. Desidero equidem. SOC. Ani-
 maduerte igitur. HER. Qua via inuestigandu mones?
 SOC. Rectissima est, o amice, consideratio, ab his qui
 sciunt, hac perquirere, oblati pecunijs, & gratijs insu-
 per actis: hi vero sophista sunt, quibus frater tuus Cal-
 lias multis erogatis pecunijs, sapiens euasisse videtur.
 Postquam vero in res paternas ius non habes, reliquu est
 fratrem supplex ores, te doceat noium rectitudine, quam
 a Protagora didicit. HER. Quam absurda hac esset pe-
 titio Socrates, si cum illam Protagora veritate nullo mo-
 do recipiam, ea qua ex veritate illa dicuntur, alicuius
 precij aestimarem. SOC. At vero si tibi hac non placet,
 ab Homero ceterisq; poetis est discendu. HER. Quid de
 noibus, & ubi Homerus, o Socrates, tradit? SOC. Pas-
 sim multa, maxima vero & pulcherrima sunt illa, in
 quibus distinguit circa eadem qua noia hoies, & q dij
 ipsi inducunt. An non censeres ipsum in his magnificum
 aliquid, & mirandum de recta ratione noium tradere?
 Constat. n. deos noibus illis ad rectitudinem ipsam uti,
 qua natura consistunt. An non putas? HER. Certè equi-
 dem scio, si qua dij vocant, rectè eos admodum noiare.
 Verum qua nam ista? SOC. An ignoras quod de Troia
 no flumine, quod singulari certamine, cum Vulcano pu-
 gnauit, inquit? Quod Xanthum dij vocant, viri Sca-
 mandrum. HER. Scio. SOC. An non censeres magnificu
 quiddam cognitu esse hoc, qua rone rectius sit flumen il-
 lud Xanthu, quam Scamandrum noiare? Item si vis,
 aduerte & istud, quod aut eandem dicit Chalcidem
 quidem a dijs, Cymindin vero ab hoibus nominari. Le-
 uem cognitionem hanc putas, ut sciatur quanto rectius
 sit eandem auem Chalcidem, quam Cymindin nucupa-
 re, vel Batiea atq; Myrinen, aliaq; permulta, & apud
 hunc poetam, & apud alios talia? Verum istarum reru
 inuentio acutus ingenium, quam nostrum exigit. Sca-
 mandrum aut & Astyanax quid significant, humano
 ingenio, ut mihi videtur, comprehendere, & facile perci-
 pi potest, quam rectitudinem esse Homerus vel in his no-
 minibus quibus Hectoris filiu nucupat. Scis ea carmina
 quibus insunt, qua dico? HER. Omnino. SOC. Vtrum
 istorum noium putas Homerum existimasse conuenire ma-
 gis puero, Astyanactane, an Scamandriu? HER. Igno-
 ro. SOC. Sic aut considera: si quis te interrogaret, vtru
 putes sapientiores rectius noia rebus imponere, an minus
 sapientes: responderes vtiq; sapientiores. HER. Sic certè. SOC.

Veritas no-
 men scripti,
 aut ironici

Vtrum mulieres in Urbibus sapientiores esse tibi videtur,
 an viri? quantum ad genus attinet. HER. Viri. SOC.
 Nescis quod inquit Homerus, Hectoris filium a Troiana
 Astyanacta, a mulieribus Scamandrium nuncupatu?
 quandoquidem viri illu Astyanacta vocare consueverunt.
 HER. Videtur. SOC. Nonne Homerus Troianos viros sa-
 pientiores, quam mulieres eoru existimauit? HER. Ar-
 bitror equide. SOC. Astyanacta igitur rectius, quam
 Scamandrium noiatum esse censuit. HER. Apparet.
 SOC. Animaduertamus, quam ipse denotacionis huius
 causam affert. Solus. n. inquit, ciuitatem ipsis tutatus
 est amplaq; maenia. Quapropter decet, ut videtur, pro-
 rectoris filium noiare a s u a x a c t a . i. regem Urbis, Urbu,
 inqua, eius, quam pater ipsius seruaui, ut inquit Home-
 rus. HER. Idè mihi quoq; videtur. SOC. Quod aut hoc
 maxime, porro & ipse nondu satis intelligo, o Hermoge-
 nes. Tu vero percipis? HER. Non per Ioue. SOC. Atqui
 & Hectori, o bone vir, nomen ipse Homerus imposuit.
 HER. Quobrem? SOC. Quonia mihi videtur id nomen
 Hector Astyanacti esse quaproximam: ferme. n. idem
 significant, putantq; Graeci vtraq; hoc noia regia esse.
 Cuiuscunq; .n. quis a c t a . i. rex extitit, eiusdem est &
 e t r a . i. possessor. Constat. n. dominari illi, possidereq;
 & habere. An forte nihil tibi dicere videor? meq; sal-
 lit opinio, qua Homeri scientiam circa noium rectitudi-
 nem, ceu per vestigia qdam attingere confideba? HER.
 Nullo modo, ut arbitror. forte. n. nonnihil attingis. SOC.
 Decet, ut mihi videtur, leonis filiu leone similiter nomi-
 nare, equi filium equum. haud certè dico, siquid tanqua
 monstrum ex equo nascatur, aliud quidda quam equus:
 sed cuius generis secundum naturam est, quod nascitur,
 hoc dico. Si. n. bouis secundum naturam filius equum gi-
 gnit, non vitulus qui nascitur, sed pullus equinus est
 nuncupandus. Et si equus prater naturam gignit vitu-
 lum, non pullus equinus dicendus est hic, sed vitulus.
 Neq; etiam si ex homine alia proles, quam humana pro-
 ducitur, quod nascitur homo vocari debet. Idemq; est de
 arboribus, deq; ceteris omnibus indicandu. Probas hac?
 HER. Probo equide. SOC. Obserua me nequid defraude.
 Eadem quippe ratione, si quis ex rege nascitur, rex est
 nominandus: in alijs vero & alijs syllabis idem signifi-
 cari, nihil interest, neque refert, siue addatur litera ali-
 qua, siue etiam subtrahatur, donec essentia rei significa-
 ta in ipso noie dominatur. HER. Qui isthuc ais? SOC.
 Nihil mirum nouimue dico, verum ita, ut in elementis
 fieri cernis. scis enim quod elementorum nomina dici-
 mus, ipsa vero elementa nequaquam, quattuor duntax-
 at exceptis, dicimus enim & u a i d o n o m i p o d o n & o
 m e t a . Ceteris autem tam vocalibus, quam non vocali-
 bus, alias addentes literas, ut B a t a . T . a . nomina con-
 stituimus, atque ita proferimus. Verum quosque eleme-
 ti ipsius vim declaratam inserimus, conuenit nomen il-
 lud vocare ipm quod nobis significet elementu, ut in B a t a
 apparet, ubi additis u . T . a . nihil obstat quin integro
 noie natura elementi illius ostenderetur, cuius noium au-
 tor voluit: vsque adeo scite literis noia dedit. HER. Ve-
 ra mihi loqui videris. SOC. Nonne eade de rege ratio erit?
 Erit vtiq; ex rege rex, ex bono bonus, ex pulchro pulcher,
 & in ceteris omnibus, similiter ex quolibet genere alter-
 rum quiddam tale, nisi monstru fiat, eademoq; dicenda no-
 mina.

mina. Variare autem licet per syllabas, ut videantur homini rudi, quae sunt eadem, esse diuersa. quemadmodum pharmaca medicorum coloribus & odoribus variata sepe, cum eadem sint, nobis diuersa videntur: Medico autem vim pharmacorum consideranti eadem iudicantur, neque eum additamenta perturbant. Similiter forte, qui est in nobis eruditus, vim illorum considerat, neque eius turbatur iudicium, siqua litera addita est, vel transfmutata, vel dempta, vel in alijs literis ac multis eadem vis nominis reperitur. Ut ea nomina quae supra diximus, Astyanax & Hector, literas omnino diuersas, prater τ solū habent, idem tamen significant. Itē quod ἀρχιπόλις, id est, princeps ciuitatis dicitur, quam literarū cōiōnem cū duobus superioribus habet? Idem nihilominus infert. Multaq; sunt alia, quae nihil aliud, quam regem significant. Multa praeterea sunt, quae exercitus ducem significant, ut ἄγεις, πολίμυχος, ὑπόλεμος. Alia item quae medicinae professorem declarant, ut ἰατρούλης, ἀκισιμύροτος. Aliaq; permulta reperiri possunt, syllabis & literis discordantia, vi autem significationis penitus consonantia. Sicine & ipse putas, an aliter? HER. Sic certe. SOC. His profecto, quae secundum naturam sunt, eadem tribuenda sunt nomina. HER. Omnino. SOC. Quoties verò praeter naturam homines, aliqui sunt in quadam specie monstri, velut quum ex bono pioq; viro impius generatur, qui genitus est, non genitoris nomē sortiri debet, sed eius in quo ipse est generis: quemadmodū supra diximus, si equus bovis prole generet, non equū eius filium, sed bouem denominandum. HER. Sic est. SOC. Homini igitur impio ex pio genito, non parentis, sed generis nomen attribuendum. HER. Vera haec sunt. SOC. Neq; igitur θεόφιλον. i. Dei amicum, neq; μνησθρον. i. Dei memorē, vel talē aliquem hominē vocare filium talem decet, sed contraria significationibus nominibus appellare, si modo recte nomina instituta esse debent. HER. Sic prorsus agendum, o Socrates. SOC. Profecto Orestis nomē recte, o Hermogenes, videtur impositum, siue aliqua fors illi nomen dedit, siue poeta quidam, ferinam eius naturam agrestemq; & montanā nomē eo significans. HER. Sic apparet, Socrates. SOC. Videtur & patri eius secundū naturam nomen esse. HER. Apparet. SOC. Apparet utiq; talis esse Agamēnon, ut sibi laborandū censeat, tolerandumq;, & in ijs quae de creuit, per virtutē perseuerandū. Argumentū verò tollerantia sua apud Troiam tanto cū exercitu perduratio praebuit. Quod igitur mirabilis perseuerantia vir hic fuerit, nomen significat Agamēnon, quasi ἀγαστος κατὰ τὴν ἐπιμονήν. Fortē verò & Atreus recte est nominatus. Nex. n. Chryppi, & crudelitas aduersus Thyestē, noxiū perniciosumq; illū demonstrant. Vnde cognominatio parūper declinat, & clam innuit, ut non quibuslibet naturam huius viri declarent: his autem qui nominū periti sunt, satis Atrei significatio patet. Dicitur. n. secundum ἀτρεΐς, ἀτρεΐον, ἀτρεΐον, quasi indomitus, inexorabilis, noxius contumeliosusq; fuerit. Videtur & Pelopi nomen haud ab re tributū. Hominē quippe, qui prope sunt vidētē, nomen istud congruē significat. HER. Cur illi id conuenit? SOC. Quonia in Myrtili cade, ut fertur, prouidere nihil potuit, neq; eminus prospicere quanta toti generi ex hac calamitas immineret. Quae. n. ante pedes erant, & ad praesentia tantum respiciebat, hoc autem

est prope aspicere: quod & fecit, cum Hippodamiae coniugium omni conatu inire contendit. Vnde Pelopi nomen ἀπὲλαια, id est, prope, & ἔλαια, quod ad visionē pertinet. Tantalus quinetiam nomen natura ipsa videtur impositum, si vera sunt, quae circumferuntur. HER. Quae nam ista? SOC. Quod viuenti adhuc illi aduersa plurima & graua contigerunt, tandemq; patria eius omnis subuersa est. Defuncto praeterea saxum in caput imminet, fors certe durissima. haec prorsus cum nomine congruunt, perinde ac si quis nominare τὸ λόντο τὸν. i. infelicissimum voluisset, sed paulo locutus obscurus, pro Tantalato Tantalum posuisset. Tale utiq; nomen fortuna eius aduersa ipso rumore gentium praebuisse videtur. Quinetiam patri eius Ioui recte nomen est inditum, neq; tamē facile cognitū. Est. n. velut oratio quaedam Iouis nomē. quod quidem bifariam partientes, partim vnā, partim altera parte vitimur. Quidā γλυκῶα, quidam δῖα, vocāt. Quae partes in vnum compositae, naturam Dei ipsius ostēdunt, quod maxime debet nomen efficere posse. Nulla. n. nobis ceterisq; omnibus viuendi magis causa est, quam princeps, rexq; omnium. Quapropter decens nomen est hic Deus sortitus, per quem vita semper viuentibus omnibus inest. Sectum autem in duo est vnum, ut dicebam, nomen, in δῖα videlicet atque γλυκῶα. Hunc Saturni filium, cum quis audiat, forte insolentem contumeliosumq; putarit. Verū probabile est, magna cuiusdam intelligentia prolem Iouem esse. Quod. n. νόσος dicitur, non puerum significat, sed puritatem mentis ipsius, & synceram integritatem. Est autem is οὐρανός. i. caeli filius, ut fertur. Quippe aspectus ad supera meritō οὐρανία vocatur, quasi οὐρανὸς τὸ αἶμα. Vnde affirmant, o Hermogenes, ij qui de rebus sublimibus agunt, puram mentem adesse, & οὐρανός, iure nomen impositum. Si autem genealogiam deorum ab Hesiodo traditam mente tenerem, & quos horum progenitores inducit, recordarer, haudquaquam cessarem ostendere tibi recte illis nomina inscripta fuisse, quoad huius sapientia periculum facerem, siquid ipsa proficiat peragatq;, & an deficiat necne, quae mihi tam subito ignoro equidem vnde nuper illuxit. HER. Profecto mihi videris, o Socrates, instar eorum qui numine rapiuntur, protinus oracula fundere. SOC. Reor equidem, o Hermogenes, hanc in me sapientiam ab Euthyphrone Pantij filio emanasse. Illi siquidē astiti à matutino assiduus, auresq; porrexi. Paret igitur eum Deo plenum non modo aures meas beata sapientia impleuisse, verumetiam animum occupasse. Sic utiq; agendum arbitror, ut hodie quidem utamur ipsa, & reliqua quae ad nomina pertinent, indagemus. Cras verò, si in hoc consenserimus, excutiamus eam, expiemusq;, aliquem perscrutati, siue sacerdotem, seu sophistam qui purgare haec valeat. HER. Probo hac maxime Socrates. libentissimē namq; de nominibus restant, audirē. SOC. Ita prorsus agendum. Vnde igitur potissimum exordium indicas, postquam formulam quandam praescripsimus, ut pernoscamus si etiam nomina nobis ipsa testantur non casu quodam facta fuisse, verum rectitudinem aliquam continere? Nomina quidem heroum atq; hominum nos forte deciperent. horum namq; multa, secundum cognomenta maiorū posita sunt, & saepe nequaquam cōueniunt, quemadmodū in principio diximus. Multa verò ex vota

homines

homines nomina tribuunt, ut ὄτι χιλιε, τωσιαν, θεῶν
 δου, aliaq; permulta. Talia itaq; pratermittēda censeo.
 decens .n. consentaneumq; maxime reperire nos, quae in
 rebus sempiternis, & naturae ordine constitutis recte sunt
 posita. Nam circa ista in condendis nominibus studuisse
 maxime decet. Fortē verò ipsorū nonnulla diuiniore qua
 dam potentia, quam humana sunt instituta. HER. Prae
 clare mihi loqui videris, ὁ Socrates. SOC. Nōne par est
 ab ipsis dijs incipere, rationemq; inuestigare qua deū vo
 cati sunt? HER. Nempē. SOC. Equidem ita conijcio.
 Videntur utiq; mihi Graecorū prisca deos solos putasse eos,
 quos et his temporibus Barbarorum plurimi arbitrantur,
 solem, lunam, terram, stellas, coelū. Cū ergo haec oīa
 perpetuò in cursu esse conspicerent, ab hac natura τῶν θεῶν
 θεῶν νοῖσσε videntur, deinde & alios animaduertentes
 oēs eodem nomine nuncupasse. Habet quod dico veri
 simile aliquid, necne? HER. Habet certē. SOC. Quid
 posthac inuestigandū? Constat de demonibus heroibusq;
 & hominibus querendū esse. HER. De demonibus pri
 mū. SOC. Proculdubio Hermogenes. quid sibi vult dē
 monum nomen? animaduerte nū aliquid dicam. HER.
 Dic modō. SOC. Scisne quos Hesiodus δειμόνας esse in
 quit? HER. Non. SOC. Neq; est, quod aureum genus
 hoīum aut in principio extitisse? HER. Hoc equidē noui.
 SOC. Ait .n. ex hoc genere post praesentis vitae fata fieri
 demones sanctos, terrestres, optimos, malorum expul
 sores, & custodes hoīum. HER. Quid tum? SOC. Nē
 pē arbitror vocare illum aureum genus, non ex auro con
 stitutum, sed bonum atq; praeclarum. quod inde conijcio,
 genus nostrum ferreum esse dicit. HER. Vera narras.
 SOC. An non putas si quis nunc ex nostris bonus sit, au
 rei hunc generis ab Hesiodo aestimari? HER. Consentaneum
 est. SOC. Boni aut alij, quam prudentes? HER. Prudentes.
 SOC. Idcirco, ut arbitror, eos demones praeci
 pue nuncupat, quia sapientes δειμόνας ἦσαν. Et ex
 nostra istud prisca lingua nomen existit. Quamobrē &
 is, & ceteri poetae permulti praeclare loquuntur, quicūq;
 aiunt videlicet, postquam bonus aliquis vita functus est,
 maximam dignitatem praemiumq; sortitur, fitq; demō,
 secundum sapientiae cognomentū. Ita & ipse assero δει
 μων .i. sapientem oēm esse hoīem, quicūq; sit bonus,
 eumq; dæmonicum esse .i. felicem, viuētem atq; defun
 ctum, recteq; dæmonem nuncupari. HER. Videor mihi,
 ὁ Socrates, in hoc tecum maxime consentire. SOC. ἤρως
 autem quid significat? Id nequaquam inuentu difficile,
 paulo enim heroum nomen ab origine distat, indicans ge
 nerationem illorum ἀπὸ τῶν ἑρωτων manasse. HER. Qua
 ratione id ais? SOC. An ignoras semideos heroas esse?
 HER. Quid tū? SOC. Omnes utiq; heroēs, vel ex amo
 re deorum erga mulieres humanas, vel amore virorum
 erga deas sunt geniti. Praterea si hoc secundum prisca
 Atticorum linguam consideraueris, magis intelliges.
 reperies enim quod paulisper mutatum est nominis gra
 tia ex ἑρωτος, vnde sunt heroēs geniti: quodue aut hinc
 heroum nomen est ductum, aut ex eo quod sapientes, rhe
 toresq; fuerunt, facundi videlicet, & ad interrogan
 dum differendumq; proptissimi. ἔπειτ᾽ ἄρα dicere est.
 Quare, ut modō dicebamus, Attica voce heroēs rhetores
 quidā, & disputatores, & amatorij videntur. Vnde
 rhetorum σοφιστῶνq; genus heroica proles existit. Ve

rūm non istud quidem difficile cognitū, imò illud obscu
 rum, quam ob causam homines αἰδοῦντο τοῖς νοῖσσε. ha
 bes ipse quid asseras? HER. Vnde id habeam bonē vir?
 Quin si reperire quoquo modo possim, nil contendo, ex eo
 quod te melius faciliusq;, quam me reperiturum spero.
 SOC. In Euthyphronis inspiratione cōsidere mihi videris.
 HER. Absq; dubio. SOC. Et merito quidem cōsidis.
 Nam belle nimium mihi nunc videor cogitasse, ac pericu
 lum est, nisi caueam, ne hodie sapientior, quam deceat,
 videar euasisse. Attende ad ea, q̄ dicam. Hoc in primis
 circa noīa animaduertere decet, quod saepe literas addi
 mus, saepe et demimus pro arbitrio, dū nominamus, &
 acuta saepenumero transmūtamus, ut cūm dicimus δι
 φιλῶς: hoc ut pro verbo nomen nobis foret, alterum in
 de excerpsumus, & pro acuta syllaba media, graue pro
 nunciamus. In alijs quibusdā literas interferimus, alia
 verò grauiora proferimus. HER. Vera refers. SOC. Hoc
 & in αἰδοῦντος contingit, ut mihi quidē videtur. Nā
 ex verbo nomen constitutum est, vno ᾱ excepto, graui
 ritq; sine effecto. HER. Quō istud ais? SOC. Ita hoīs no
 men illud significat, quod cetera quidem aī alia quae vi
 dent, non considerant, neq; animaduertunt, neq; contem
 plantur: homo autem & videt simul, & contemplatur,
 animaduertitq; quod videt. Hinc merito solus ex oībus
 animantibus homo αἰδοῦντος est nuncupatus, quasi αἰ
 δεῖν contemplantis, quae δὲ ὄπτει .i. vidit. Quid post hac
 queram? An videlicet quod libenter percipere? HER.
 Maxime. SOC. Succedere statim superioribus mihi vi
 detur de aīa, & corpore consideratio. Nam anima &
 corpus aliquid hoīs sunt. HER. Sine controuersia. SOC.
 Conemur haec quemadmodū superiora distingere. Que
 redum primo de anima putas, ut recte ψυχὴ noī atq; sui
 rit? deinde de corpore? HER. Equidē. SOC. Ut igitur
 subito exprimā quod primum mihi nūc se offert, arbitror
 illos qui sic animam vocitarunt, hoc potissimum cogitasse,
 quod hac quoties adest corpori, causa est illi viuendi,
 respirandi, & refrigerandi vim exhibens: & cūm pri
 mum deserit quod refrigerat, dissoluitur corpus, & in
 terit. Vnde ψυχὴ noī asse videntur, quasi αἰδῶντες
 respirando refrigerans. At verò, si placet, siste parūper.
 Videor mihi aliquid inspicere probabilis apud eos, qui Eu
 thyphronē sequuntur. nā istud quidē aspernarentur, ut
 arbitror, & durū quiddam esse censerent. sed vide an
 hoc tibi sit placiturū. HER. Dic modō. SOC. Quid a
 liud, quam aīa tibi videtur corpus continere, vehere, et
 ut viuat & gradiatur efficere? HER. Nil aliud. SOC.
 An non Anaxagora credis, rerū naturam oīum mente
 quadam, & aīa exonari simul, & contineri? HER.
 Credo equidē. SOC. Par est igitur eam potentiam noī are
 φουσῆω, quae φούσιν, naturam ὀχῆσθαι & ἔχειν .i. vehit et
 cōtinet. politius aut ψυχὴ profertur. HER. Sic est oīno,
 videturq; mihi istud artificiosus esse. SOC. Est profecto.
 Ridiculum, aut quia apparet, si ita ut positum fuit,
 noī aretur. Quod verò post hoc sequitur corpus, nōne
 σῶμα nuncupas? HER. Certē? SOC. Atqui videtur
 mihi in hoc noīe paulisper ab origine declinari. nēpe cor
 pus hoc aīa σῶμα, sepulchrum quidā esse tradunt: quasi
 ipsa praesenti in tempore sit sepulta: atq; etiam quia aīa
 per corpus σῶμα, significat quaecūq; σῶμα significare
 potest. idcirco & σῶμα iure vocari. Videntur mihi p
 terea

tere a Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimum posuisse, quod anima in corpore hoc delictorum det poenas, et hoc circumsepto Valloq; claudatur, velut in carcere quodam, & ωρῆς seruetur. Esse itaq; volūt hoc ita, ut nominatur, anime σωφροσύνης seruandi gratia claustrum, quoad debita queq; expendat, neq; literam aliquam adiciendam putant. HER. De his satis dictum, ὁ Socrates, arbitror. Verum de nominibus aliquorum deorum possemusne ita, ut de Ioue actum est, considerare, secundū quā rectitudinē nomina sint imposta? SOC. Per Iouē nos quidem si mentem haberemus Hermogenes, principium rectitudinis modū arbitramur, fateri nihil nos de dijs cognoscere, neq; de ipsis inquā, neq; de ipsorum nominibus quibus ipsis se vocāt. Constat. n. illos quidem veris se nominibus nūcupare. Secundūm verò recte denominationis modum existimo, ut quemadmodū lex in uotis statuit precari deos, quomodocunq; nominari his placet, ita & nos ipsos vocemus, tanquam nihil aliud cognoscentes. Recte namq; ut mihi videtur, est decretū. Quare, si uis, ad hanc inuestigationē pergamus, primo quidem dijs pfati, nos nihil de ipsis consideraturos: neque. n. posse confidimus: sed de hōibus potius, qua potissimū opinione circa deos affecti nomina ipsi instituerunt. Hoc. n. à diuina indignatione procul. HER. Modeste loqui uideris, ὁ Socrates, atque ita prorsus agendum. SOC. Nōne à Vestā secundum legem incipiendum? HER. Sic utique decet. SOC. Quare ἔσιον hanc nominatā dicemus? HER. Per Iouē haud facile istud inuentu. SOC. Videntur probè Hermogenes primi nominū autores non hebetes quidam fuisse, verūm acuti sublimiū rerum inuestigatores. HER. Quāobrem? SOC. Taliū quorundam hōium inuentione nomina apparēt imposta. ac si quis peregrina cōsideret nomina, nihilo minus quod sibi uult, unūquodque reperiet. quemadmodū hoc quod nos ἔσιον, essentiā nominamus, quidā ἔσιον nūcupant, alij ωρῆς. Primo quidem secundum alterum nomen istorū, haud procul à rōne videtur rerū essentiā ἔσιον uocari. et quia nos quod est essentiā particeps ἔσιον uocamus, ex hoc recte ἔσιον posset denominari. Superiores nostri quondā ἔσιον, ἔσιον uocabāt. Quinetiā si quis sacrōrū ritus animaduertit, existimabit sic eos putasse qui hac posuerūt. Etenim ante deos oēs Vestā sacra facere decet eos, qui essentiā oīum Vestā cognominarūt. Qui itē ωρῆς nominarunt, hi ferme secundū Heraclitū censuerunt fluere oīa semper, nihilq; consistere. Causam igitur & ipsorū originem ducem ipsum ωρῆς, quod impellit. quapropter merito ipm ωρῆς impellente causam nominari. De his haecenus ita sit dictū, velut ab ijs qui nihil intelligūt. Post Vestā aut, de Rheā atq; Saturno cōsiderare conuenit, quanquā de Saturni nomine in superioribus diximus. Forte verò nihil dico. HER. Cūrnā, ὁ Socrates? SOC. O bone vir, sapientiā quoddam examen animaduerti. HER. Quale istud? SOC. Ridiculū dictū. habet tamen nōnihil probabile? HER. Quid ais? et quo pacto probabile. SOC. Inspicere mihi Heraclitū uideor, tāpidem sapienter nonnulla de Saturno Rheāq; tradentē, qua & Homerus dixerat. HER. Quid istud ais? SOC. Aut. n. Heraclitus fluere oīa, nihilq; manere, rerūq; ipsarū progressum amnis fluxui comparans, haud fieri posse inquit, ut bis eandē in aquam te mergas. HER. Vera haec sunt. SOC. An videtur tibi ille ab Heraclito dis-

sentire, qui aliorum deorum progenitoribus inseruit Rheā atq; Saturnum? Nunquid putas temere illū nomina istis imposuisse? Quin & Homerus Oceanum deorum originem instituit, & Tethyn genitricem. Idemq; uoluit, ut arbitror, & Hesiodus, Aut praeterea Orpheus, Oceanū primum pulcherrimum coniugium inchoasse, qui cum Tethy germana se sua commiscuit. Vide quam maximè haec inuicem consonant, omniaq; in opinionem Heracliti redeunt. HER. Uideris mihi aliquid dicere Socrates. Tethyos aut nomen haud satis quid sibi uelit, intelligo. SOC. Hoc utiq; idē ferme significat: quoniam fontis nomen est reconditū. Nam ἰσθμῶμενον & ἰσθμῶμενον. i. scaturiens et transiliens, fontis imaginē pra se ferunt, ex utrisque verò hisce nominibus nomen τῆδος est cōpositū. HER. Hoc quidē bellissimū est, ὁ Socrates. SOC. Quidni? Verū quid deinceps? De Ioue profecto diximus. HER. Sic est. SOC. Fratres aut eius dicamus. Neptunū atq; Plutonē, nomenq; aliud quo ipm uocant. HER. Prorsus. SOC. Videtur Neptunus ab eo qui primum nominauit, idcirco ποσειδῶν uocatus fuisse, quia euntē ipsum maris natura derinuit, neq; progredi ultra permisit, sed quasi vincula pedibus ipsius iniecit. Maris itaq; principē ποσειδῶν uocauit, quasi ποσειδῶν. i. pedū vinculum. & verò decoris gratia fortè adiectum fuit. Forsitan non hoc sibi uult, sed pro ος, ἄλ primo fuit positū, quasi dicatur πολλὰ εἰδῶς. i. multa noscēs Deus. Fortassis ab eo quod dicitur σείων. i. quater, σείων. i. quatiēs est nominatus, cui π & Δ fuit adiectū. Plutonem aut quasi πλάττω. i. diuitiarū datorem dicimus, quoniam diuitia ex terra uisceribus eruuntur. ἄδης uero multitudo interpretatur, quasi ἀείδης, triste tenebrosissime. Atq; hoc nomen horrentes Plutonē uocant. HER. Tu uero quid sentis Socrates? SOC. Videtur mihi hōes circa potentiā dei istius multifariā errauisse, eumq; exhorruisse semper, cū minime deceat. Porro quisque ex hoc pertimescit, quod nemo postquā defunctus est, huc redit, quòd uae a nudata corpore, illuc abit. Caterū haec oīa & regnum & nomen huius dei, eodē redere mihi uidetur. HER. Quo pacto? SOC. Dicam quod sentio. HER. Dic age. SOC. Utrū horū ualidius vinculum est ad quoduis animal alicubi detinendū, necessitasne, an cupiditas? HER. Longè, ὁ Socrates, praestat cupiditas. SOC. An nō plurimi ἄδης quotidie subterfugerent, nisi fortissimo vinculo eos qui illuc descendunt, uinceret? HER. Videlicet. SOC. Quare cupiditate quadā eos, ut uidetur, potius quā necessitate deuincit, si modo vinculo neclit fortissimo. HER. Apparet. SOC. Nōne rursus multa cupiditates sunt? HER. Multa. SOC. Ergo uehementissima omnium cupiditate neclit eos, si modo debet insolubili nodo cōnectere. HER. Certè. SOC. Est ne uehementior ulla cupiditas, quā ea qua quisq; afficitur, dum alicuius consuetudine meliorem se uirū sperat euadere? HER. Nulla mehercle Socrates. SOC. Hac de causa dicendum Hermogenes, neminem huc illinc uelle reuerti, neq; etiam Syrenes ipsas, imo & eas et ceteros omnes suis uisimilissimis Platonis orationibus demulceris, estq; & ut rō haec testatur, deus is Sophista proculdubio disertissimus, & ingentia confert his qui penes ipsum habitant beneficia, qui usque adeo diuitijs affatim abundat, ut tanta nobis bona suppeditet, unde & Pluto est nūcupatus. An non philosophi tibi uidetur officium, quod nolit homi-

nibus corpora habentibus adherere, sed tunc demum admittat eos, cum animus illorum est corporeis omnibus malis cupidinibusq; purgatus? Excogitavit nempe hic deus hac ratione se animos maxime detenturum, si virtutis eos aviditate vinceret. Eos aut qui stupore et insania corporis sunt infecti, ne pater quidem Plutonis Saturnus ipse, suis illis vinculis coerceret valeret, secumq; tenere. HER. Nihil loqui videris, o Socrates. SOC. Longè abest Herme genes, ut nomen adus, quasi adidus, id est triste tenebrosiusmue sit dictū, imò ab eo trahitur quod est εὐδῖνος, id est nosse omnia pulchra. Ex hoc itaq; deus iste à nominum conditore adus est nuncupatus. HER. Quid præterea dicimus de Cereris nomine, Junonisq;, Apollinis & Minerua, Vulcaniq; & Martis, ceterorumq; deorum? SOC. Ceres quidem δημίτηρ nuncupatur ab ipsa alimentorū largitione, quasi διδῶσα μήτηρ, hoc est exhibens mater. Ἡρα Verò, id est Iuno, quasi ἐρατή, id est amabilis, propter amorem quo Iupiter in eam afficitur. Fortè etiam sublime spectās qui hoc nomen instituit, aērem ἥραξ denominavit, & ob scire locutus est, ponens in fine principium. quod quidem parebit tibi, si nomen illud frequenter pronunciaris, Φερσέφωπῆα, id est Proserpinam, & ἀπόλλω nominare nonnulli verentur, propterea quòd illis ignota est nominū relictudo. Enimvero permutantes Φερσέφωπῆα ipsam considerant, graueq; id illis apparet. hos autem dea ipsius sapientiam indicat. Sapientia utiq; est qua res fluentes attingit, & assequi potest. Quamobrem Φερσέφωπῆα merito dea hac nominaretur, propter sapientiam, & ἐπαφί id est contactum, Φερομεις. i. eius quod fertur, vel tale aliquid. Quocirca adheret illi sapiens ipse adus, quia ipsa ealis est. Nunc aut nomen hoc declinant, pluris facientes prolationis gratiam quam veritatem. Ut Φερσέφωπῆων nominent. Idem quoq; circa Apollinis nomen accidit. nā pleriq; id nomen exhorrent, quasi terribile aliquid præ se ferat. An nō nosti? HER. Vera penitus loqueris. SOC. Hoc aut, ut arbitror, huius dei potentia maxime conuenit. HER. Quare? SOC. Conabor sni am meā exprimere. Nullū profecto nomen aliud unum quattuor huius dei potentis reperiri conuenientius potuisset, quod & cōprehenderet oēs, & ipsius quodāmodo declararet musicā, Vaticinium, medicinā, & sagittandi peritiam. HER. Aperias iam. Mirū quiddam nomen esse id ais. SOC. Congruè quidem cōpositum est, consonatq;, ut potè quod ad deū pertinet musicum. Principio purgatio purificatio nesq; & secundum medicinā, & secundum Vaticinium, item qua medicorū pharmacis peraguntur, ac Vatum incantationes expiationesq;, lauacra, et aspersiones, unum hoc intēdunt, purum hoīem et corpore & aīa reddere. HER. Sic oīno. SOC. Nōnne deus qui purgat, ipse erit ἀπολύων et ἀπολύων. i. abluens à malis, soluensq;, quod Apollo ipse significat? HER. Absq; dubio. SOC. Quatenus itaq; diluit atq; soluit, ut taliū medicus ἀπολύων merito nuncupatur: Secundum Verò diuinationem Verūq; & ἀπλόω. i. simplex, quod idem est, rectè more Thesalicorum nominare hūc possumus. hi nempe omnes deū hūc ἀπλόω vocant. Quatenus aut aīa βάλλων, id est semper iaculando arcu vehemens est, αἰὶ βάλλων dici potest, hoc est, perpetuus iaculator. Secundum Verò musicam, de hoc est cogitandum quemadmodū de eo quod dicitur ἀνολυθός & ἀνοίτης. i. pedisequus, comes, et vxor in quibus

ut & in alijs multis, idem quod simul significat. Hic quoque α & πόλλης significant versionem que simul et una peragitur, quam conuersionē dicamus. Ea in cælis est, qua per eos fit quos πόλλης vocamus: in cantu Verò ἀρμονία, qua dicimus συμφωνία. Quia in his, ut tradit musica & astronomia periti, harmonia quadā simul oīa conuertuntur. Hic aut deus harmonia præfidei ὁ μὴ πολὺν. i. simul vertens hæc oīa, et apud deos & apud homines. Quemadmodū igitur ὁ μὴ λαθόν & ὁ μὴ ὀλέθρον id est simul euntē et simul iacetem, vocauimus ἀπόλυθον & ἀνοίτην, o in α permutates. ita Apollinem nominauimus eū qui erat ὁ μὴ πολὺν, altero λ interiecto, quia aquinociū fuisse duro cū nomine. quod & his temporibus suspicari pleriq;, ex eo quod non rectè vim nominis huius animaduertit, perinde hoc metuunt, ac si pernitiē quandā significaret. Sed reuera nomen hoc oēs huius dei vires cōplectitur, quemadmodum supra diximus. Significat. n. simplicem, perpetuū iaculatorem, expiatorē et conuertentem. Musarū Verò & musica nomen, ab eo quod dicitur μῶδον. i. inquirere, indagatiōneq; & studio sapientia tractū est, λιτόν. i. Latona, à mansuetudine dicitur, quia fit ἐθελεμῶν. i. pròpta & exposita & libens ad id quod petit quisq; exhibendū. Fortè Verò, ut peregrini vocant, multi namq; λιτόν nominant, quod nomen tribuisse videtur, quia non rigida illi mens. sed mitis, ideo λιτόν, quasi λείον ἠδύς. i. mos lenis & mitis ab illo cognominatur, ἀρτεμίδης. i. Diana, ex eo quod ἀρτεμὶς, quasi integra modestaq; sit propter virginittatis electionem. Forsitā etiā quasi ἀρτεμὶς ἰσὺρ. i. virtutis conscia, uocauit nominis institutor. Fortassis et dicta est Artemis, quasi ἀρτεμὶς ἰσὺρ. i. quasi illa congressum oderit viri cū muliere. Vel. n. propter horum aliquid, vel propter omnia hmoi nomen est institutum. HER. Quid Verò διοδοτος & ἀφροδίτη? SOC. Magna peris Hipponici filii. Atqui est nominū ratio his dys impositorum gemina, seria videlicet & iocosa. Seriam quippe ab alijs quare, iocosa aut nihil prohibet recensere. Iocosi sane & dii sunt: Dionysusq; est διδῶς & οἶνον. i. vini dator, quasi διδοῖνός, ioco quidā cognominatus. Vinum aut merito uocari potest διοδοτος, quod efficiat, ut bibentes pleriq; mente alienati, οἷονοι νοῦν ἔχουσιν. i. mentem habere se putent. De Venere Hesiode repugnare non decet, sed cōcedere propter ipsam ex ἀφροδίτη hoc est ex spuma, generationem ἀφροδίτην uocari. HER. At uero Mineruam, o Socrates, Vulcanūq; & Martem, cū sis Atheniensis, silentio non præteribis. SOC. Haudquaquā decet. HER. Non certe. SOC. Alterū qui dē eius nomen quāobrem sit impositum, haud difficile dicitū. HER. Quod? SOC. Palladem eā uocamus. HER. Planè. SOC. Nomen hoc censendū est, à saluatione in bello ductum fuisse, porrò uel sese, uel aliud à terra attollere, seu manibus aliquid efferre, dicimus πάλαι, & πάλαι δει. i. uibrare, agit areq; et agitari, & saltare, & saltationē perpeti. HER. Absq; cōtrouersia, Palladem hac ratione uocamus, ac merito. HER. Alterū eius nomen quo pacto interpretaris? SOC. ἀδωάν quaris? HER. Id ipm. SOC. Grauius hoc amice: uidetur prisca ἀδωάν existimare, quemadmodū hi qui his temporibus in Homeri interpretationibus sunt eruditi. Nam istorū plurimi Homerum exponunt ἀδωάν, tanquā mentem cogitationemq; finisse. Et qui nomina inuenit, tale aliquid de illa sensisse uide

tur,

tur, imò etiam alius eam extollens, ut Dei mentem induxit, perinde ac si diceret ἠδουόν, hoc est utens & pro n externo quodam ritu, & verò & detrabens. forte verò non ita, sed θεῶν ἠδουόν. i. ut potè quæ diuina cognoscat, præ cæteris oibus θεοῦδω. i. diuina cognoscentem, vocauit. Ne que ab re erit, si dixerimus voluisse illum appellare eam ἠδουόν, quasi ipsa in more intelligentia sit. Ipse postmodū, vel etiam posteriores in pulchrius, ut videbatur, ali quid producendo, Athenæan denominarunt. HER. Quid de Vulcano quem ἠφαιστον nominant? SOC. Quid ais? Nū generosum ipsum φαιστος ἠφαιστον. i. luminis præsidē que ris? HER. Hunc quasi videor. SOC. Hic ut cuiq; pa tere potest, φαιστος est, & ἠφαιστον sibi vendicat. Vnde ἠφαι στος. i. luminis præses est dictus. HER. Apparet: nisi tibi quoq; modo adhuc aliter videatur. SOC. An ne videatur aliter de Marte, interroga. HER. Interroga. SOC. Si placet, ἀρης, id est Mars, dicitur secundum ἀρεῖν. i. masculinum, & ἀρσπῆον. i. fortè. Quinetiā si volueris ob natūrā quandam asperam, durā atq; inuictam, immutā bilemq;, quod totum ἀρρηχρον appellatur, ἀρεῖν vocatū fuisse, hoc quoq; Deo penitus bellicoso cōueniet. HER. Prorsus. SOC. Deos iam mittamus per deos obsecro. Nam de his differere vercor. Ad alia verò quacūque vis, me prouo ea, ut quales Euthyphronis equi sunt, noueris. HER. Faciā ut petis, si vnū de me quasi uero. me siquidē Cratylus Hermogenē esse negat. Inuestigemus itaque quid ἠρμῶν. i. Mercurij nomen significet, ut si quid veri hic loqui tur, videamus. SOC. ἠρμῶν. i. Mercurius, ad sermonē per tinere videtur, quatenus ἠρμῶνδης est, hoc est interpret & nūcius, furtiuus in loquendo seductor, ac vehemens con cionator. Totū id circa sermonem versatur. profectō quē admodum in superioribus diximus, ἠρεῖν sermonis usus. Sape verò de hoc Homerus ait, ἠρμῶν. i. machinatus est. Ex Verisy, igitur nomen huius dei componitur, tum ex eo quod loqui est, tum ex eo quod machinari & exco gitare dicenda, perinde ac si nominis autor nobis præcipe ret: Par est, ὁ Viri, ut deum illum qui ἠρεῖν ἐὺ ἠρῶτο. i. loqui machinatus est, ἠρεῖν uocetis. Nos autē arbitrati sic elegantius eloqui, ἠρμῶν uocamus. Quinetiā ἠεῖς, ab eo quod ἠρεῖν. i. loqui, nomen habet, propterea quod nun cia est. HER. Probè medijsfidius Hermogenē esse me Cra tylus negauisse videtur. Ad orationis. n. inuentionem hebes sum. SOC. Consentaneū quoque amice, πᾶν bi formem filium esse Mercurij. HER. Quaratione? SOC. Scis quod sermo πᾶν, id est omne significat, circuitq; & uoluit semper, estq; geminus, uerus uidelicet, ac falsus? HER. Equidem. SOC. An non id quod est in sermone uerum, leue est atq; diuinum, supraq; in dijs habitans? Cō trā quod falsum, infra in hominum multis asperum atq; tragicum? Hinc. n. fabularum cōmenta, et falsa quā plurimā circa tragicam uitam reperiuntur. HER. Sic est ὁ no. SOC. Merito igitur qui est πᾶν. i. totū nunciāns, et αἰ πῶδω. i. semper uolutās, πᾶν αἰ πῶδος biformis Mer curij filius diceretur, ex superioribus partibus lenis ac de licatus, ex inferioribus asper atque hircinus. Estq; Pan vel ipse sermo, vel sermonis frater. si quidē est Mercurij filius. Fratrem verò fratri similem esse quid mirum? Cate riam iam, ὁ beatè, ut & paulo antè rogabam, sermonē de dijs hunc abrupimus. HER. Tales quidā deos, si uis, mit tamus, ὁ Socrates, hmoi verò quādam percurrere quid

prohibet? Solē, lunā, stellas, terrā, ætherem, ærem, ignē, aquam, uer & annum? SOC. Multa sunt ac magna quæ postulas. Si tamen gratum tibi futurum est, obse quar. HER. Pergratum planè. SOC. Quid primum po scis? an ut ipse narrabas in primis ἠλιον. i. solem. HER. Profectō. SOC. Manifestum id fore videtur, si Dorico nomine quis utatur. Dorici enim ἠλιον uocāt, atque ita uocatur secundū ἠλιεῖν. i. ex eo quod congregat in unum hoīes, cum exoritur. Itē ex eo quod circaterrā αἰ εἰ δῆ. i. semper reuoluitur. præea quia uariat circuitu suo quæ ter ra nascuntur. Variare autē & αἰολεῖν, idem est. HER. Quid verò de σελήνῃ. i. luna, dicendum? SOC. Nomen hoc videtur Anaxagorā premere. HER. Cur? SOC. Quoniā præ se aliquid fert antiquius, quod ille nuper dixit, quod luna à sole lumen haurit. HER. Quo pacto? SOC. σελῆς, idē est quod lumen? HER. Idem. SOC. Eumē hoc perpetuo circa lunā ἠέον & αἰνον est. nouū ac uetus, si modo Anaxagorici uera loquuntur: nam cir cūlustrans eam continue renouatur. uetus autē est mensis præteriti lumen. HER. Vtique. SOC. Lunam quidē σελῆναιον multi nomināt. HER. Certè. SOC. Quoniā ue rō lumen nouū ac uetus semper habet, merito uocari de beret σελῆνοκοῖα. Nunc autē cōciso uocabulo σελῆναιον uocatur. HER. Dithyrambicū nomen hoc est, ὁ Socrates. Verū μῆνα. i. mensē: et ἀσπερ quō interpretaris? SOC. Mensis quidē μῆνης rectè ab μείω δαι. i. à minuendo, iure nūcuparetur. Astra uerò ἀσπερῆς. i. cornificationis cogno mentū habet. ἀσπερῆ autē quia τὸν ἀσπερῆ ἀνασπερῆ. i. uisum ad se cōuertit, ἀνασπερῆ dici deberet. nunc con cinniori uocabulo ἀσπερῆ nominatur. HER. Vnde nomē trahit πῦρ et ὕδωρ. i. ignis et aqua? SOC. Ambigo equi dē, uideturq; aut Musa me Euthyphronis deseruisse, aut hoc arduū quiddā esse. Aduerte obsecro quod confugiā in oibus quacūq; dubito. HER. Quoniam? SOC. Dicā ti bi. seu ipse qua rōne πῦρ nominatur? HER. Non hercle. SOC. Vide quid de hoc sufficer. Reor equidē multa nomi na Græcos à Barbaris, eos præsertim qui sub Barbaris sunt, habuisse. HER. Quorsum hæc? SOC. Si quis rectā istorū impositionem secundū Græcam uocem querat, non secundū eam qua est nomen inuentū, nimirum ambiget. HER. Verisimile id quidē. SOC. Vide itaq; ne nomen hoc πῦρ barbaricū sit. neque. n. facile est istud Græca lingua accommodare, constatq; ita hoc Phrygios nominare parum quid declinantes, & ὕδωρ & κλωῆς. i. canes, aliāq; per multa. HER. Vera hæc sunt. SOC. Ergo distrahere ista nihil oportet, quandoquidē de ipsis nihil dicere quisquam pōt. Quapropter nomina illa ignis & aqua hunc in mo dū rejicio, ἀπὸ autē sic est dictus Hermogenes, quia quæ circa terram sunt, ἀπὸ. i. eleuat uel quia αἰετῆ, hoc est semper fluit, uel quia eius fluxu spiritus concitatur. Poē ta quippe flamina αἰετῆ nuncupant. Fortè igitur aer, dicitur quasi πῦρ μετῆρῶν αἰετῆρῶν. i. spiritus fluens, uel fluēs flamen. αἰετῆ ᾧ πῦρ sic exponendum arbitror, quoniā αἰετῆ circa αἰετῆρῶν. i. semper currit circa aerē fluens, quocirca αἰετῆ dici potest. γῆ autē. i. terra, plā nius sensum exprimit, si γῶα dicatur. γῶα enim rectè γῶννῆ τερα. i. genitrix dici potest, ut ait Homerus. Nam quod γῶννῆσι dicitur, genitum in se, inquit. Quid restat deinceps? HER. Ver & annus, ὁ Socrates. SOC. ὁ γῶα quidem, id est ueris tempora prisca & Attica uoce,

dicenda sunt, si vis quod conueniens est, cognoscere. *Horæ* namq. vocantur, quia $\theta\epsilon\iota\sigma\tau\iota$, id est terminant hyemem atq. æstatem, *ventosq. & fructus ex terra nascentes* $\omega\iota\omega\tau\delta\varsigma$ autem $\epsilon\iota\sigma\tau\iota$. i. annus, idem esse videtur. Quod enim in lumen vicissim educit, quæcumq. nascuntur, fiuntq. ex terra, ipsumq. in seipso examinat & discernit, annus est: & ut supra *louis* nomen diximus in duo sectū, ab aliquibus $\lambda\omega\alpha$, ab alijs $\delta\epsilon\gamma$ vocari, ita et annū quidam $\omega\iota\omega\tau\delta\varsigma$ vocant, quia in seipso, quidam $\epsilon\iota\sigma\tau\iota$, quia examinat. Integra verò ratio est ipsum quod in ipso examinat. Vnde ex oratione *una nomina duo selecta sunt*. quod. n. simul dicitur, $\tau\delta\ \omega\iota\omega\tau\delta\varsigma\ \epsilon\iota\sigma\tau\iota$. in seipso examinans, distinctum dicitur $\omega\iota\omega\tau\delta\varsigma$, et $\epsilon\iota\sigma\tau\iota$. i. annus. *HER.* At verò, o Socrates, iam longe progredieris. *SOC.* Longius equidē in philosophia videor euagari. *HER.* Quinimo. *SOC.* Fortē magis cōcedes. *HER.* Verū post hanc speciem libentissimē contemplarer, quæ rōne re Ætē noīa ista præclara virtutū sint imposita, ut $\phi\rho\nu\nu\sigma\iota\varsigma$, id est prudentia, $\sigma\omega\phi\iota\sigma\iota\varsigma$, intelligentia, $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\omega\lambda\eta$, iustitia, ac reliqua huius generis oīa. *SOC.* Haud contēnendum genus nominū suscitās, o amice. Veruntamen postquam leoniam pellem sum indutus, haud deterreri decet, imo p̄clara ipsa, ut ais, nomina prudentiæ, intelligentiæ, cogitationis, scientiæ, caterorumq. hmoi considerare. *HER.* Quin profectō prius desistere nullo modo debemus. *SOC.* Aedepol non male mihi de eo conijcere videor, quod modo considerabam, antiquissimos videlicet illos nominū autores, ut & sapientium nostrorū plurimis accidit, ob frequentem ipsam in rebus peruestigandis reuolutionem, præter ceteros in cerebri vertiginē incidisse: quo factum puto, ut res ipsæ proferrī & vacillare illis apparerent. opinionis aut huius causam, haud interiorem vertiginē, sed exteriorem ipsarum rerum circuitum arbitrantur: quas ita natura habere se putant, ut nihil in eis firmum & stabile sit, sed fluant oēs feranturq., et omnifariam agitentur, semperq. gignantur & defluant. Quod quidem in his nominibus, quæ nunc relata sunt, conspicio. *HER.* Quo pacto Socrates? *SOC.* Haud aduertisti superiora nomina rebus quasi delatis, fluentibus, & iugi generatione translatis imposita fuisse? *HER.* Non satis percepisti. *SOC.* Principio quod primum retulimus, ad aliquid huius generis attinet. *HER.* Quale istud? *SOC.* $\phi\rho\nu\nu\sigma\iota\varsigma$. i. prudentia est, $\phi\rho\alpha\sigma\iota\varsigma$ uōē $\rho\epsilon\sigma\iota\varsigma$, id est lationis & fluxus animaduersio. Significare quoque potest, recipere $\delta\upsilon\nu\sigma\iota\varsigma$ $\phi\rho\alpha\sigma\iota\varsigma$. i. lationis utilitatem. Tandem circa ipsam agitationem versatur. Quinetiam si vis $\gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\kappa\iota$. i. cogitatio significat $\gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\kappa\iota$. i. generationis considerationē. $\gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\kappa\iota$ quippe considerare est. $\gamma\epsilon\omega\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\iota\kappa\iota$ aut, id est intellectio, est $\nu\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. i. noui desiderium. nouas verò res esse, significat eas fieri semper. atq. hoc desiderare & aggredi animum, indicat qui nōmē illud inuenit $\nu\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. principio namque $\nu\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ non dicebatur, sed pro u. duo e. e. profrenda erant, ut $\nu\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, quasi $\nu\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. i. noui, $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ appetitio & aggressio. $\sigma\omega\phi\iota\sigma\iota\varsigma$. i. temperantia illius quod modo diximus $\phi\rho\upsilon\delta\omega\sigma\iota\varsigma$. i. prudentiæ, salus & conseruatio est. $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. i. scientia, ab eo quod instat & sequitur tractū est, quasi res fluētēs solers aīus persequatur, instetq. & comitetur: at neq. ex more posterior, neq. præcurſione fit prior. Quare & interiecto $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ uocare decet. $\sigma\omega\phi\iota\sigma\iota\varsigma$, tanquam syllogismus, id est ratiocinatio quæ-

dam esse videtur. Cum aut $\sigma\omega\phi\iota\sigma\iota\varsigma$ dicitur, idem intelligitur ac si diceretur $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. Nam ostendit cū rebus animū congregari. $\phi\iota\lambda\omega\sigma\iota\varsigma$. i. sapientia, agitationis est tactus. Obscurius aut, & alienius hoc à nobis. Verū animaduertendum est in poetis, quoties volunt aduentantem aliquē et irruentiē exprimere, $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, id est erupit, profilyt, dicere. Quin et illustri cuidā apud Lacedæmonios viro nomē erat $\sigma\omega\phi\iota\varsigma$. i. præpes. Sic enim Lacedæmones concitationis impetunt indicant. Quasi itaq. omnia perferantur, huius ipsius agitationis, quæ eo quod $\sigma\omega\phi\iota\varsigma$ dicitur, significatur, $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$. i. tactū perceptionēq. sophia demonstrat. $\alpha\gamma\alpha\theta\omega\varsigma$, id est bonum cuiusq. natura, $\alpha\gamma\alpha\theta\omega\varsigma$. i. mirabile, amabile, delectabile significat. Enimvero postquam fluunt omnia, partim celeritas, partim tarditas inest? Est igitur non oē velox, sed ipsius aliquid $\alpha\gamma\alpha\theta\omega\varsigma$. Quod quidē $\alpha\gamma\alpha\theta\omega\varsigma$, ipsius $\alpha\gamma\alpha\theta\omega\varsigma$ nomine declaratur. $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\omega\lambda\eta$. i. iustitia, quod $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\iota\varsigma$ $\sigma\omega\phi\iota\varsigma$. i. iusti intelligentiam imperet, facile conijcere possumus. Quid aut ipsius $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\omega\lambda\eta$ si bi velit, difficile cognitū. Videtur aut hucusq. à multis quod dictum est concessum, reliquum verò dubiū. Et n. quicumque totum mobile arbitrantur, plurimum agitari ipsum existimāt, perq. omne aliquid permanere quo singula fiant, quodue tenuissimum sit & velocissimum. Neq. n. per omnia discurrere posse, nisi adeo tenue sit, ut nihil possit obistere penetranti, & adeo velox, ut ceteris quasi stantibus utatur. Quoniam verò gubernat oīa, $\delta\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$, id est discurrens & permanens, merito $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\omega\lambda\eta$ est appellatum, u. vno politioris prolationis gratia interiecto. Hætenus quod modo diximus, inter plurimos constat hoc esse iustum. Ego autem Hermogenes, ut potē discendi desiderio flagrans hac omnia perscrutatus sum, & in arcanis percepi quod hoc ipsum iustum sit, & causa. quo enim res ipsæ fiunt, hoc est causa: proprièque ita vocari istud debere quispiam tradidit. Cum verò ab his iam auditis istis nihilominus diligenter exquirō quid ipsum iustum sit, quando quidem ita se habet, videor iam ulterius quàm decet exigere, & causam ut dicitur, vallumq. supergredi. Satis enim semper rogasse me et audisse respondent, meq. uolentes explere alius aliud afferre conantur, neque ultra consentiunt. Quidam aut iustum hoc, solem esse, Solum quippe solem discurrendo calefaciendōq. omnia gubernare. Cum verò hoc alacer cuiquam quasi præclarum audierim, refero, statim ille me ridet, quæriq. nunquid existimē post solis occasum iustum nihil hominibus superesse? Percontanti itaq. mihi quid ille sentirent, ipsum ait ignem iustum existere. neque id cognitu facile. quare alius, inquit, non ignem ipsum, sed ipsum potius innatum igni calorem. Alius hac omnia pro nihilo habet. esse enim iustum mentem illam quam induxit Anaxagoras. Dominam certē illam suapte natura, nec alicui mixtā exornare omnia inquit, per omnia penetrantem. Hic quidem, o amice, in maiorem ambiguitatem sum prolapsus, quam antea dum nihil de iustitia sciscitabar. Ceterum, ut redeamus ad id cuius gratia disputamus, nomen illi tale propter hæc, quale diximus, est tributum. *HER.* Videtis, o Socrates, ex aliquo audisse hæc, neq. ex tua officina ruditer deprompisse. *SOC.* Quid alia? *HER.* Non ita. *SOC.* Attende igitur, forte nāque in reliquis te deciperem, quasi quæ afferam non audierim. Post instituiam quid restat. $\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ id est for

est fortitudinem nondum peregrinus iniustitia sanè obta-
culi eius est quod discurret per omnia, ἀνδρεία in pugna
versatur. pugna in rebus, si quidem fluunt, nihil aliud
quàm fluxus ipse contrarius. Quapropter si quis a subtra-
xerit ex nomine hoc ἀνδρεία, nomen quod restat, ἀνεία,
opus ipsum declarat. constat planè quod non fluxus cu-
iusq; contrarius est. i. fluxus, fortitudo est, sed oppositus
illi qui prater instum sit fluxuit. Neque enim aliter forti-
tudo esset laudabilis. ἀρρητὸν αὐτὸν, id est mas, et ἀνεία, uir,
à simili quodam ducunt originem, scilicet ab ἀνὼ ἢ οἴῃ. i.
sursum fluxu. γυνὴν uero. i. mulier, quasi γυνή, id est fœ-
cunda & generatrix. θήλυ. i. fœmina ἀπὸ τῆς θύλης,
id est papilla dicitur. θύλη αὐτὴ videtur Hermogenes di-
ci, quia τὸ θάλασσαν. i. germinare pullulareq; facit, ut irri-
gans ea quæ irrigantur. HER. Sic apparet, ὃ Socrates.
SOC. δὲ λέγει. i. virefcere, adolescere, florescere, augmē-
tum iuuenū representant, quasi velox quiddam et sub-
sū, quod innuit ille qui nomen cōstituit ex θάυ. i. currere,
& ἀμαδου. i. saltare. Animaduertis me uelut extra
cursum delatū, postquam plana ac peruia nactus sum?
Multa quoz supersunt quæ ad seria pertinere videntur.
HER. Vera loqueris. SOC. Quorum vnū est, ut videam-
us quid τὸ γυνή. i. ars importet. HER. Prorsus. SOC. Nō
ne hoc εἶναι γυνή. i. habitum mentis ostendit, si τ demitur,
interferitur aut o medium inter γ & υ, & inter υ & η
ἐχθρον? HER. Aride nimium Socrates & inculte. SOC.
An ignoras beatè vir, nomina uetera distracta iam esse,
atq; cōfusa à sermonis tragici studiosis, elegantia gratia
additibus & subtrahentibus literas, ac partim tēporis
diuturnitate, partim exornationis studio vndiq; peruer-
dentibus? ut ecce in κατὰ πῶρον. i. speculo, quàm absurdū
est q; ipsius additamentū? Talia certè, ut arbitror, faciūt
qui oris illecebras pluris aestimant quàm veritatem. Quā
obrem cū multa nominibus ipsis adiecerint, tandē effe-
runt, ut nemo iam nominū sensum animaduertat. Quē-
admodū dum σφίγγα. i. monstrum quoddam proferunt,
cū σφίγγα pronunciare deberent, ac cetera multa. Profe-
ctō si daretur cuiq; arbitratu suo & demere & addere,
magna vtiq; esset licentia, & quodlibet nomen cuiq; rei
vnusquisq; tribueret. HER. Vera narras. SOC. Vera pla-
nè. sed. n. mediocritatē quandam atq; decorum seruare te
debet prasidē sapientem. HER. Ὁ Ὀϊνῆ. SOC. Atqui
et ipse, ὃ Hermogenes, opto. Verū ne exacta nimium di-
fensione, vir felix, exquiras, ne uim meam prorsus ex-
haurias. Ascendam quippe ad supradictorū apicem, post
quam post artem considerauerimus μάχων. i. machina-
tionem excogitationemq; solertem. Videtur aut significare
idem quod multū peringere & ascendere. Componi-
tur ergo ex his duobus, μῆκος, id est longe & multum,
& ἀνεία, id est ascendere, penetrare, peringere. Sed
ut modo dicebam, ad summam dictorum perueniendum
est, querendumq; quid nomina ista significant, ἀρετή. i.
uirtus, & καλῶς. i. prauitas. Alterum quidem nondum
reperio, alterū patere uidetur. Nam superioribus oībus
consonat: nempe tanquam eant omnia: κακός ἰον. i. male
uadens: καλῶς. i. prauitas erit. quare cum anima male ad
res ipsas accedet, cōmuniter praua dicitur, propriè uerò
ac maximè procedendi hæc facultas in δαλῶς, id est timi-
ditate patet, quam nondum declarauimus. prater-
missimus enim. Oportebat autem continuo post forti-

tudinem ipsam inferre. Multa insuperabilia praterisse
videmur. δαλῶς significat durū aut vinculum. δαλῶς.
n. vinculum est. δαλῶς uerò forte quiddam durumq; signi-
ficat. quare timiditas uehemens ac maximum est. aut
vinculum: quæadmodum & ἀπορία. i. defectus, inopia,
dubium, malum quiddam est, ac summam quocūq;
progressus ipsius impedimētum, idq; male progredi uide-
tur ostendere, in ipsa uidelicet motione impediri atq; de-
tineri. Quod cum anima subit, prauitate plena dicitur.
Quod si illud prauitatis nomen talibus quibusdā compe-
tit, contrarium ἀρετή. i. uirtus significabit. In primis
quidem facilem agilemq; progressum, deinde solutum et
expeditum anima bona impetum esse oportet. Quamobrem
absq; impedimento obstaculoq; ἀείρεται. i. semper fluēs,
iure cognominari posset ἀείρεται. forte uerò & ἀείρεται
uocat quis, quia sit τῆς εἰσῆς ἀίρεται. i. maximè
eligenda. Verū colliso uocabulo ἀρετή denominatur.
Foristan me fingere dices: ego aut asserere, si modo nomen
illud prauitatis quod retuli, rectè est inductū, rectè quo-
que & istud uirtutis nomen induci. HER. At κα-
κόν, id est malum, per quod in superioribus multa dixi-
sti, quid sibi uult? SOC. Extraneum quiddam per Io-
uem, ac inuentu difficile. Itaque ad hoc et machinamen-
tum illud superius asseram. HER. Quid istud? SOC.
Barbaricum quiddam & hoc esse dicam. HER. Probè lo-
qui uideris. SOC. Ceterū hæc iam si placet mittamus,
nomina uerò ista καλόν & αἰσχρόν. i. pulchrum & tur-
pe, consideremus. Quid αἰσχρόν innuat, satis mihi pate-
re uidetur. Nempe cū superioribus conuenit. Videtur qui
nōi statuit, passim agitationis impedimentum vitupe-
rare. ut ecce, αἰσχρόν τὸν ἰόν. i. semper impediē-
ti fluxum nomen dedit αἰσχρόν. Nunc uerò colli-
dentes αἰσχρόν appellat. HER. Quid καλόν. i. pulchrum?
SOC. Hoc cognitu difficilium, quāquam ipsum ita deduci-
tur, ut harmonia dūtaxat & lōgitudinis gratia ipsum α
sit productum. HER. Quo pacto? SOC. Nomē hoc cogita-
tionis cognomentum quoddam esse uidetur. HER. Quē
istud ais? SOC. Quā tu causam appellationis rei cuiusq;
censes? an non quod nomina tribuit? HER. Oīno. SOC.
Nōne causa hæc cogitatio est, uel decorum, uel hominum,
uel amborum? HER. Nempe. SOC. Ergo καλῶς. i.
quod uocat res, & καλόν idem ac cogitatio sunt. HER.
Apparet. SOC. Quæcūq; mens & cogitatio agunt, lau-
danda sunt: qua non, vituperanda. HER. Prorsus. SOC.
Quod medicina particeps, medicina opera efficit: quod
fabrilis artis, fabrilia. Tu uerò quid sentis? HER. Idē.
SOC. Pulchrum itaq; pulchra. HER. Decet. SOC. Est
aut hoc, ut diximus, cogitatio. HER. Maximè. SOC.
Nomen itaq; hoc καλόν. i. pulchrum, meritō erit pruden-
tiae cognomentum, talia quadam agentis, qualia af-
firmantes pulchra esse, diligimus. HER. Sic apparet. SOC.
Quid ultra generis huius restat inuestigandam? HER.
Quæ ad bonum & pulchrum spectant, conferentia uide-
licet, uilia, conducibilia, emolumenta, horumq; contra-
ria, SOC. Quid συμφύρον. i. conferens sit, ex superiori-
bus ipse inuenies. Nam nominis illius quod ad scientiam
attinet, germanum quiddam apparet. Nihil enim pra-
se fert aliud quàm φούρον, id est lationem anime simul
cū rebus, quæ uerò hinc proueniunt, uocari συμφύρον
& συμφύρον. i. conferentia, ex eo quod simul circūfer-
runtur.

runtur. HER. Videtur. SOC. κέρδιον αὐτῆ. i. emolumentum : ἀπὸ τῆς κέρδους. i. lucro. κέρδος γὰρ, si quis in pro
 A nomini huic inferat, quod vult exprimit. Nā bonum
 alio quodam modo nō at. Quod. n. οὐκ ἐστὶν κέρδιον. i. mi
 scetur diffusum per oīa, hanc ipsam eius vim significans
 nomen illud excogitavit A pro v apponens, ac κέρδος pro
 nunciavit. HER. Quid αὐτῆ λυσίπλου. i. Utile? SOC.
 Videtur, ὁ Hermogenes, non sicut caupones hoc videntur,
 idcirco λυσίπλου vocari, quia ἀνάλωμα ἀπολή. i. sum
 ptus vitat & minuit : verū quia cum velocissimum sit,
 res stare non sinit, neq. permittit lationem πλος. i. finem
 progressionis accipere atq. cessare : sed soluit semper ab il
 la fugatq., si quis terminus superueniat, ipsamq. indefi
 nente immortalēq. prabet. hac rōne bonum λυσίπλου
 vocatū arbitror, ipsum. n. motionis λλον τὸ τέλος. i. sol
 uens terminū, λυσίπλου vocari videtur. ὠφελισμῶν
 γὰρ. i. conducibile peregrinū nomen est, quo saepenumero
 Homerus est usus. Est αὐτῆ hoc augendi faciendiq. cogno
 mentū. HER. Quid de horum contrariis est dicendum?
 SOC. Quae per negationem istorū dicuntur, tractare ne
 quaquā oportet. HER. Quae nam ista? SOC. ἀσμφό
 ρον, ἀνωφιλῆς, ἀλυσίπλος, ἀκέρδης. HER. Vera loque
 ris. SOC. Sed βλάβερὸν & ζημιώδης. i. noxiū et damno
 sum. HER. Certē. SOC. βλάβερὸν quidὲ βλάπτει τὸν
 ῥοῦν esse dicit. i. quod vult ἀπῆεν. i. impedire et coercere,
 ῥοῦν. i. fluxū : hoc autem passim vituperat : quodq. vult
 ἀπῆεν τὸν ῥοῦν, κέρτε βλάβερὸν appellaretur, verū or
 natas gratia βλάβερὸν arbitror nominatū. HER. Varia
 tibi subornūtur, ὁ Socrates, nomina. atqui mihi videris
 in p̄sentia, quasi Palladia legis praludiu quoddam præci
 nuisse, dū nomen hoc βλάβερὸν pronūciaves. SOC. Nō
 ego in causa sum Hermogenes, sed qui nomen ipsum insti
 tuerunt. HER. Vera loqueris. Verum ζημιώδης quid?
 SOC. Quid esse debeat ζημιώδης, dicam Hermogenes :
 & uide quā verē loquar, quoties dico quod adderes ac
 dementes literas longē nominū sensum variant, adeo ut
 saepe exiguū quid mutantes, contrariā significationem in
 ducat. quod apparet hoc in nomine δλον. i. opportunū. Ve
 nit hoc nuper mihi in mentem de eo quod dicturus sum co
 gitanti. Recens est profectō vox nobis pulchra illa, coē
 gitq. contrarium sonare nobis δλον & ζημιώδης, sensum
 ipsum confundens. Vetus αὐτῆ quid nomen utrunq. vult,
 explicat. HER. Quis isthuc ait? SOC. Dicam equidem.
 haud præterit maiores nostros frequenter : & A vi soli
 tos, nec rarius mulieres, quae maximē priscam vocem ser
 uant. Nunc autem pro i vel ipsum e vel u adhibent : pro
 A verō ζ, quasi hac magnificentius quiddam sonent.
 HER. Quo pacto? SOC. Ut ecce vetustissimi viri i μέρων
 diem vocabant, posteriores autem partim ἐμέρων, par
 tim ἡμέρων, vocant. HER. Vera haec sunt. SOC. Scis
 igitur vetusto illo nomine tantū mentem eius qui nomen
 imposuit declarari. Nam ex eo quod ἡμέρων. i. desiderā
 tibus hominibus gratulantibusq. e tenebris lumē emicuit,
 diem ἡμέρων cognominarunt. HER. Apparet. SOC.
 Nunc autem illa tragicus decantata quid sibi velit ἡμέ
 ρων, nequaquam intelligas. quanquam arbitrantur non
 nulli ἡμέρων dici, quod ἡμέρων, id est mansueta quaeque
 efficiat. HER. Ita mihi videtur. SOC. Neque te fugit
 veteres ζυγόν, id est iugum, δυογόν vocauisse. HER.
 Planē. SOC. Enimvero ζυγόν nihil aperit. δυογόν,

δυοῖν ἀγωγόν, id est duorum conductionem ligandi si
 mul gratia, monstrat. Idemq. est de multis alijs iudi
 candum. HER. Patet. SOC. Eadem ratione δλον ita
 pronunciatum contrarium nominum omnium quae ad bo
 num spectant ostendit. porro boni speciei existent, δλον
 διοσιός, id est vinculum quoddam & impedimentum
 processionis esse videtur, tanquam βλάβερὸν, id est noxiū
 affine quiddam. HER. Ita maximē apparet, ὁ Socra
 tes. SOC. Verum non sic in nomine veteri, quod Verifi
 milius est recte institutum fuisse, quā nostrum. Nem
 pe cū superioribus bonis consenties, si pro e, i. Vetus re
 stituas. Neque enim δλον, sed δλον bonum illud signifi
 cat, quod semper nominum laudas inuentor : Atque ita
 secum ipse non disidet, imō ad idem spectant, δλον, qua
 si δλον, ὠφελισμῶν, λυσίπλου, κέρδιον ἀγαθόν, συμ
 φερὸν, εὐπορον, id est facile ad progressum. Vniuersum
 hoc diuersis nominibus innuit aliquid per omnia pene
 trans, omniaq. perornans, idq. ubique laudatum : quod
 verō obstat & detinet, improbatum. Quinetiam in no
 mine, hoc ζημιώδης, si veterum more A pro e posueris, ap
 parebit tibi nomen istud δλον τὸ ἰον, id est liganti si
 stentiq. quod pergit, impostum. Vide & ζημιώδης cog
 nominandum est. HER. Quid ἡδονῆ, λυπη, ἐπιθυμια,
 voluptas scilicet, dolor, cupiditas, Socrates, & huius
 generis reliqua? SOC. Haud nimis obscura mihi viden
 tur Hermogenes, ἡδονῆ, id est voluptas, si quidem actio
 nis illius nomen est, quae ad ὄνησιν, id est utilitatem ema
 lumentumq. tendit. A verō adiectum facit, ut pro eo
 quod est ἡδονῆ ἡδονῆ, proferatur. λυπη, id est dolor, a
 δολύσσεως, id est dissolutione corporis trahi videtur.
 Nam in huiusmodi passione corpus dissoluitur. ἔπειτα, id
 est tristitia, quod impedit ἰέναι, id est ire, demonstrat.
 ἀλγυδιών, id est cruciatus, peregrinum nomen videtur,
 ab ἀλγυνῆ dictum. ὀδίνη, id est dolor & afflictio, ab
 οὐδύσσεως, id est ingresse doloris denominatur. HER.
 Videtur. SOC. ἀχρηδών, id est mæror languorq., la
 tionis grauedinē tarditatemq. significat. ἀχρηός enim o
 nus est. ἰον verō pergens. χαρῆς ἡδονῆ. i. Latitia gaudiūq.,
 a δολύσσεως. i. profusione, & ὀποείας, id est facilia
 te, ῥοῦς. i. motionis anima, dicitur. τέρπης. i. delectatio,
 ab τέρπειν. i. oblectamento ducitur. τέρπειν αὐτῆ a τέρπειν,
 id est inspiratione delectationis in animam. Quare merito
 vocaretur ἐρπειν. i. inspirans. Temporis autem interual
 lo ad τέρπειν deuentum est. ὀφροσύνη. i. hilaritas &
 alacritas, quam ob causam dicitur, assignare nihil opus.
 Nam cuiq. patet hoc nomen trahi ab eo quod dicitur ὀφ,
 id est bene. συμφερῆσαι. i. unā sequi, quasi dicitur aīa
 bene res assequi. Vnde ὀφροσύνη vocari deberet : tamen
 ὀφροσύνη appellamus. Sed neq. difficile est assignare
 quid ἐπιθυμια, id est cupiditas sibi uelit. Nomen quippe
 hoc vim tendentem in θυμῶν, id animam & iram et fu
 rorem ostendit. θυμῶς autem a θυσσεως & ἰσσεως, id est
 flagrantia feruore, & impetu anima. proinde ἡμπερος. i.
 suauis & blanda perfusio, dicitur, ῥῶν id est fluxu ani
 mam uehementer alliciente. ex eo. n. quod ἰεμεν ῥῶν, id
 est incitatus rerumq. appetens fluit, animam uehemen
 ter attrahit propter impetum siue incitamentum flu
 xus. ab hac tota ui Himeros est nuncupatus. Præter
 ea Pothos uocatur, id est desiderium, quod sanē præ
 sentem suauitatem non respicit, quemadmodum ἡμπερος,
 sed

sed absentem ardet. Vnde πότης dicitur quasi ἀπότης, id est absentis concupiscentia. Idemque ipse in id quod gratum est animi nixus, presente eo quod cupitur ἰμῖρος, absente πότης denotatur. ἔρως autē .i. amor, quia εἰσρῆ, id est influit extrinsecus, neque propria est habenti εἶον .i. fluxio ista, sed infusa per oculos. Quapropter ab εἰσρῆ, id est influere, ἔρως .i. influctio, amor ab antiquis nostris appellabatur. nam ο pro ω utebantur. nunc autē ἔρως dicitur, ω pro ο interposito. Verum quid deinceps considerandum praecipit? HER. δῆξα .i. opinio, & talia quadam, unde nomen habent? SOC. δῆξα, vel ἀδιώξαι, id est persequutione dicitur, quia pergit & prosequitur aīa, conditionem rerum inuestigans: vel ἀπῶξαι .i. arcus iactu. videtur autē hinc potius dependere. οἰοῖς .i. existimatio, huic consonat. ostendit quippe οἶον .i. ingressum aīe in unumquodque considerandū, οἶον .i. quale sit: quemadmodum & βούλη .i. voluntas, ἀβούλη .i. iactu dicitur: & εὐβουλή .i. velle, propter ipsum attingendi nixum significat et ἐπιβουλή .i. cupere: & βουλεύειν .i. consulere. Omnia haec opinionem sequentia, βούλη ipsius .i. iactus & nixus imagines esse videtur: quemadmodum contrarium, ἀβούλη .i. priuatio voluntatis, defectus quidam consequendi impositus apparet, quasi non contentat, neque quod intendit, vult, cupit, inuestigat, adipiscitur. HER. Frequentiora haec congerere videris, ο Socrates. Quare finis iam sit fauente deo. Volo tamen adhuc, ἀνάγκη & ἐκούσιον .i. necessarium & voluntarium declarari. Nempe superioribus ista succedunt. SOC. ἐκούσιον equidem est εἶκον .i. cedens neque renitens, hoc siquidem nomine declaratur εἶκον τῷ ἰοῦπ .i. cedens eunti, quodue ex voluntate perficitur. ἀναγκάσιον vero .i. necessarium & obstitens, cum propter voluntatem sit, circa errorem inscitiamque versabitur, describitur autē ex processu secundum necessitatem, quoniam in via aspera densa incertum prohibent. Vnde ἀναγκάσιον dictum est, quasi περικύβητος ἰόν .i. per vallem vadens. Quousque vero viget robur, ne deseramus. Quāobrem interroga amabo, neque desistas. HER. Ecce rogo quae maxima sunt & pulcherrima: ἀλήθεια .i. veritatem, & ψεῦδος .i. mendacium, & ὄν .i. ens, & quare id quo de hic agimus, ὄνομα .i. nomen, dicitur. SOC. Quid vocas μάχιδαι? HER. Voco equidem inquirere. SOC. Videtur nomen hoc ex sermone illo constare, quo dicitur ὄν .i. ens esse, cuius nomen inquisitio est. Quod clarius certe comprehendes in eo quod dicitur ὄνομαστων .i. notandum. hic .n. exprimitur nomen quid sit, entis videlicet inquisitio. ἀλήθεια vero sicut et alia componi videtur. Nam diuina entis latio, nomine hoc includitur, ἀλήθεια, quasi existens θεῶν ἀληθῆ .i. diuina quadam vagatio. ψεῦδος autē contrarium motionis. Rursus hic usurpatur agitationis obstaculum, quodue sistere cogit. Nam ἀκνήθω .i. dormio dicitur. ἄ vero adiectum sensum notis occultit. ὄν vero & οὐσία .i. ens & essentia, cum ἀληθῆ .i. veritate, congruunt: si apponatur. nam ἰόν .i. vadens significat. At οὐκ ὄν .i. non ens quidam notant οὐκ ὄν .i. non vadens. HER. Haec mihi videris, ο Socrates, fortiter admodum discubisse. Verum si quis te percontetur quae sit recta istorum interpretatio, quae dicuntur ἰόν .i. vadens: εἶον .i. fluens: ἄσπ .i. ligans ac detinens, quid illi potissimum respondebimus? habesne. SOC. Habeo equidem. profecto nuper succur-

rit nobis aliquid, cuius responsione quicquam videamur afferre. HER. Quale istud? SOC. Et quod minime cognoscimus, barbaricum esse dicamus. forte enim partim reuera talia sunt: forte vero partim, ac praesertim nomina prima temporum, confusione inscrutabilia. Et enim cum passim vocabula distabantur, nihil mirum esset, si prisca lingua cum nostra collata nihil à barbarica voce differret. HER. Haud alienum est à ratione quod dicitur. SOC. Consentanea quidem afferro, non tamē idcirco certamen excusationem videtur admittere. Sed conemur hac disquirere, atque ita consideremus: si quis simpliciter verba illa per quae nomen dicitur, quaereret, rursusque illa per quae dicuntur verba, sciscitaretur, pergeretque ita perquirere, nonne qui respondet, defatigari tandem & renuere cogeret? HER. Mihi sane videtur. SOC. Quando itaque qui responsum denegat, merito cessabit? An non postquam ad nomina illa peruenit, quae ceterorum sunt & sermonum & nominum elementa? Haec utique si elementa sunt, ex alijs nominibus composita videri non debent. quemadmodum supra ἀγαθόν, id est bonum diximus, ex ἀγαθόν, id est iucundo amabilique, & θοόν, id est veloci compositum. θοόν rursus ex alijs consistere dicemus, illaque ex alijs. sed postquam ad id peruenimus quod ultra ex alijs nominibus non constituitur, merito nos ad elementum peruenisse dicemus, nec ulterius hoc in alia nomina referendum. HER. Scitē mihi loqui videris. SOC. An non ea de quibus paulo ante interrogabas nomina elementa sunt? oportetque rectam illorum rationem aliter quam reliquorum inuestigare? HER. Probabile id quidem. SOC. Probabile certe Hermogenes. Superiora itaque omnia in haec redacta videntur: ac si ita se res habet, ut mihi videtur, rursus age hic una mecum considera, ne forte delirem dum rectam primorum nominum rationem exponere tento. HER. Dic modo. ego nanque pro viribus meditabor. SOC. Arbitror equidem in hoc te consentire, unam esse rectam & primi & ultimi nominis rationem, nullumque illorum eo quod nomen est, ab alio discrepare. HER. Maxime. SOC. Etenim omnium quae supra retulimus nominum recta ratio in hoc constitit, ut qualis quaeque res sit indicaretur. HER. Proculdubio. SOC. Hoc utique non minus prioribus quam posterioribus competere debet, si nomina futura sunt. HER. Prorsus. SOC. Atqui posteriora nomina per priora hoc efficere poterant. HER. Apparet. SOC. Prima vero quibus alia non praecedunt, quo pacto quam maxime res ipsas nobis ostendent, si nomina esse debent? Ad hoc mihi responde. si voce & lingua caruissemus, voluissemusque res inuicem declarare, nonne perinde ac nunc muti, manibus capiteque & ceteris membris significare tentauissemus? HER. Haud aliter Socrates. SOC. Ergo supernum quippiam ac leue demonstraturi, caelum versus manum extuluissemus, ipsam rei naturam imitantes: inferiora vero & grauius deiectione quadam humi inuissemus, quinetiam currentem equum vel aliud quicquam animalium iudicaturi, corporum nostrorum gestus figuramque ad illorum similitudinem quam proximè quisque finisset. HER. Necessarium quod ais esse mihi videtur. SOC. Hunc in modum ut arbitror his corporibus partibus ostensum esset, corpore videlicet quod quisque monstrare voluerat imitante. HER.

Ita certe. SOC. Postquam Verò voce, lingua, & ore declarare volumus, nonne ita demum per hac ostensio fiet, si per ea circa quodlibet facta fuerit imitatio? HER. Necessarium puto. SOC. Nomen itaq; est, ut apparet, imitatio vocis, qua quisquis aliquid imitatur, per vocem imitatur & notat. HER. Idem mihi quoq; videtur. SOC. Nondum tamen rectè dictum existimo. HER. Quamobrem. SOC. Quoniam hos omnium & gallorum ceterorumq; aut alium imitatores fateri cogemur non eadem qua imitantur. HER. Verè loqueris. SOC. Decere id censes? HER. Nequaquam. sed quæ nam, o Socrates, imitatio nomen erit? SOC. Non talis imitatio, qualis quæ per musicam fit, quamvis voce fiat, neq; et eorundem quorum & musica imitatio est, neq; n. per musicam imitatione nominare videmur. Dico autem sic. Adest rebus vox & figura colorq; plurimis. HERM. Omnino. SOC. Videtur mihi si quis hæc imitetur, neq; circa imitationes istas nominandi facultas consistere. hæc siquidè sunt partim musica, partim verò pictura. nonne? HER. Planè. SOC. Quid ad hoc? nonne essentiam esse cuius, putas, quemadmodum colori & ceteris quæ supra diximus? an non inest colori ac voci essentia quadam, & alijs omnibus quacumq; essendi appellatione sunt digna? HER. Mihi quidè videtur. SOC. Si quis cuiusq; essentiam imitari literis syllabisq; valeret, nonne quid unumquodq; sit declararet? HER. Maxime quidem. SOC. Quæ hunc esse dices? superiores quidè partim musicum, partim pictorè cognominabas, hunc verò quomodo vocabis? HER. Videtur hic mihi, o Socrates, quem iandiu querimus nominandi auctor. SOC. Si verum hoc est, considerandum iam de nominibus illis quæ tu exigebas, quæ omnia, id est fluxu, & refluxu, id est ire, & refluxu. i. detetione, utrum literis syllabisq; suis revera essentiam imitantur, necne. HER. Prorsus. SOC. Age videamus nunquid hæc sola prima nomina sint, an sint & alia præter hæc. HER. Alia equidè arbitror. SOC. Consentaneum est, ceterum quomodo distinguendi modus unde imitari incipit imitator? Nonne quandoquidè literis ac syllabis essentia fit imitatio, præstat primum elementa distinguere? quemadmodum qui rhythmis dant operam, elementorum primo vires distinguunt, deinde syllabarum tantum, rhythmos tandem ipsos aggrediuntur, prius nequaquam. HER. Vitiq;. SOC. An non ita & nos primo oportet literas vocales distinguere, postea reliquas secundum species, mutas & semiuocales? Ita enim in his eruditi viri loquuntur. ac rursus vocales quidem, non tamen semiuocales, & ipsarum vocalium species inuicem differentes. Et postquam hæc benè omnia discreuerimus, rursus inducere nomina, considerareq; si sunt in qua omnia referuntur, quemadmodum elementa, ex quibus cognoscere licet & ipsa, & si in ipsis species continentur eodem modo sicut in elementis. His omnibus diligenter cogitatis, scire oportet afferre secundum similitudinem unumquodq;, siue unum vni sit adiuuendum, seu multa inuicem commiscenda: ceu pictores similitudinem volentes exprimere, interdum purpureum duntaxat colorem adhibent, interdum quemvis alium colorem, quandoque multos commiscunt, veluti cum imaginem viri quam similitudinem effingere volunt, vel aliud quiddam huiusmodi, quatenus imago quæque certis coloribus indiget. hæc secus & nos elementa rebus accommodabimus, & unum vni,

quocumq; egerè maxime videatur: ut supra q; i. coniecta consiciemus, quas syllabas vocant. Quas vbi iunxerimus, ex eisq; nomina verbaq; constituerimus, rursus ex nominibus ac verbis magnum iam quiddam & pulchrum & integrum construemus: & quemadmodum totum ipsum compositum pictura animal vocat, ita nos contextum hunc integrum, orationem vel nominandi peritia, vel rhetorica fabricatam, vel alia quavis qua id efficiat arte. Imò non nos istud agemus. modum namq; loquendo transgressus sum. quippe veteres ita consueverunt, si ita est constitutum. Nos autem oportet, si modo artificiosè consideraturi sumus, ipsa omnia sic distinguentes, siue veniunt prima nomina & posteriora sint posita, siue non, ita excogitare. Aliter aut connectere videndum est, o amice Hermogenes, ne forte sit error. HER. Forte per Xenem, o Socrates. SOC. Nunquid ipse confidit ita te posse distinguere? Ego n. me posse diffido. HER. Multo igitur magis ipse diffido. SOC. Dimittemus igitur? an Vis utcumq; valeamus, experiamur, etsi parum quid horum nosse possumus, aggrediamur, ita tamen ut supra, dijs prefati: utq; illis ediximus, nihil nos veri intelligentes opiniones horum de illis conijcere: ita & nunc pergamus nobis ipsis similiter prædicentes, quod si quam optime distinguenda hæc fuissent, vel ab alio quopiam, vel à nobis, sic certè distinguere oportuisset: nunc aut, ut fertur, pro viribus ista nos tractare decebit. Admittis hæc? vel quid ais? HER. Sic prorsus opinor. SOC. Ridiculè visum iri, o Hermogenes, arbitror, quod res ipsa imitatione per literas syllabasq; facta manifesta fiant. Necessarium tamen: neq; n. melius hoc habemus quicquam, ad quod respicientes de veritate primorum nominum indicemus: nisi forte quemadmodum Tragici quoties ambigunt, commentitijs quibusdam machinamentis ad deos confugiunt, ita & nos ocyus rem expediamus, dicentes deos prima nomina possuisse, & idcirco rectè instituta fuisse. nunquid potissimum nobis hic sermo? an ille, quod ipsa à barbaris quibusdam accepimus? Nobis quippe antiquiores sunt barbari, vel quod ob vetustatem ita ea discerni nequeunt ut & barbari? Tergruæ conversationes hæc sunt, & bellissima quidem, illorum quicumq; nolint de recta impositione primorum nominum reddere rationem. Etenim quisquis rectam primorum nominum rationem ignorat, sequentium cognoscere nequit. hæc porro ex illis declaranda sunt, illa autem is ignorat. quin potius necesse est sequentium peritiam profiterentem, multo prius & absolutius antecedentia comprehendisse, posseq; ostendere. aliter autem scire debet se in sequentibus deliraturum. an aliter ipse censes? HERM. Haud aliter Socrates. SOC. Quæ ego sensi de primis nominibus, insolentia ridiculaq; admodum esse mihi videntur, eaq; tecum, si velis, communicabo. Si quid verò tu melius inueneris, mecum & ipse comunica. HER. Efficiam. sed dic iam forti animo. SOC. Principio ipsum q; velut instrumentum omnis motus esse videtur. Cur autem motus vivens appelletur, non diximus. patet tamen quod letis, id est vivo esse vult. Non enim in quondam, sed & vrebamur. principium autem ab vivo. i. ire, quod peregrinum nomen est, & vivo. i. ire significat. Quare si priscum eius nomen reperiat in vocem nostram translatum, rectè letis appellabitur. Nunc autem ab vivo noie peregrino, & ipsius in commutatione, & ipsius interp

interpositione κίνουσι nuncupatur. Oportebat autem κίνουσι vel εἶναι dicere. σοῖσι .i. statio, negatio ipsius ἰσχυροῖσι .i. ire esse vult. sed ornatus causa στωῖσι denominatur. Elementum itaq; ipsum q; opportunum motus instrumentum, ut modo dicebam, visum est nominum auctori ad ipsam lationis similitudinem exprimendam: passim itaq; q; ad motus expressionem dicitur. In primo quidem ipso q; εἶναι q; εἶναι .i. fluere, fluxuq; per literam q; lationem imitatur, deinde in ἰσχυροῖσι .i. tremore, q; ἰσχυροῖσι affero. item in verbis ἡμῶσι, κρῆσι percutere, θραύειν vulnerare, ἐρῶειν trahere, θρῦειν frangere eneruareq;, κρῆσι percutere, ἐρῶειν incidere, θρῦειν vacillare, irritare, q; circumferre. Hæc oīa ut plurimum per q; ad similitudinem motionis effingit. Mitto .n. quod lingua in hac litera pronūcianda minimè immoratur, quin potius concitatur. Quocirca ad istorum expressionem ipso q; potissimum usus fuisse videtur. Usus est q; ἰ, scilicet iota, ad tenuia quæq; per oīa maxime penetrantia. idcirco ἰσχυροῖσι q; ἰσχυροῖσι .i. ire progrediq; per ἰ imitatur. Quemadmodū per λ, σ, ζ, q; literæ vehementioris spiritus sunt, talia quædam nomīum auctor exprimit, λυγροῖσι frigidum, ζέον feruens, σείει concuti, q; σείει σείει, concussionem quassationemq;: quotiesq; vehemens quippiam q; spiritu plenum imitari vult nomīum institutor, tales ut plurimum literas adhibet. Quinetiam ipsius δ compressionem ac τ, q; linguæ velut hærentis retractionem, per opportunam existimasse videtur ad vinculi q; stationis potentiam exprimendam. Et quia in λ proferendo maxime lingua prolabitur, idcirco per hoc velut ex similitudine quædam nomīum auctor exprimit, ἰσχυροῖσι lenia, q; ἰσχυροῖσι labi, q; ἰσχυροῖσι liquidum, λιπαροῖσι pingue, cæteraq; ἡμῶσι. Quia verò labilem linguam q; remoratur, eo interiecto formantur γλιγροῖσι lubricum, γλυκὺ dulce, γλοιώδης viscosum, lutulentum. Animaduertes quoq; ipsius ν sonū imò in gutture detineri, eo nomīum auctor εἰσδόν q; τὰ εἰσδόν .i. quod intus est, q; qua intrinsecus sunt, ut res per literas repræsentaret. Ipsum verò, ω μεγαλω .i. magno tribuit, q; ipsum ἡμῶσι .i. longitudini, quoniam magna litera sunt. in noīe autem σφῆρις .i. rotundum, ipso o indigens, o ut plurimum miscuit. Eademq; ratione cætera secundū literas ac syllabas rebus singulis accommodare videtur nominum auctor, signum nomenq; constituens, ex his deinde species iam reliquas per similitudinem cōstituere. Hac mihi Hermogenes rectè videtur esse nomīum ratio, nisi quid aliud Cratylus hic asserat. HER. Etenim, o Socrates, sæpe me turbat Cratylus hic, ut à principio dixi, dū esse quandam asserit rectam nomīum rationem, quæ verò sit, non explicat, ut discernere nequeam utrum de industria, necne adeo sit obscurus. In præsentia igitur, o Cratyle, coram Socrate dicas, utrum placeant ea tibi q; Socrates de nomīibus prædicat, an præclarior aliquid asserere possis: quod si potes, adducas in mediū, ut vel à Socrate discas, vel nos ambos erudias. CRAT. Videtur tibi Hermogenes facile esse tā breui percipere quodvis atq; docere, nedum rem tantam, quæ maximū quid de maximis aestimatur? HER. Non mihi per Iouem, quinimò scite locutum Hesiodum arbitror, quod operæ precium sit paruum paruo addere. Quare si quicquam, licet exiguum, perficere vales, ne graueris, sed q; Socratem istum iuua, q; me insuper. debes enim. SOC. Equidem, o Cratyle,

nihil eorum quæ supra cōmemoravi, assererem. Nempe vicinū visum est, cum Hermogene hoc indagavi. quocirca aude si quid melius habes, exprimere, tanquā sim libenter, quod dixeris, suscepturus. Neq; .n. mirarer si quid tu hisce haberes præclarior. Videris porro q; ipse talia quædam considerasse, q; ab alijs didicisse. Siquid ergo præstantius dixeris, me inter discipulos tuos circa rectam nomīum rationem unum cōnumerato. CRAT. Certe mihi, o Socrates, ut ais, cur hæc fuerunt, ac fortè discipulum te efficerem. Vereor tamen ne contra oīno se res habeat. Conuenit mihi nunc idē erga te dicere, quod aduersus Aiace in sacris Achilles inquit. Generosè, ait, Ajax Telamonie populorū princeps, oīa mea ex sententia protulisti. Ita tu quoq;, o Socrates, nostra ex mente uaticinari videris, siue ab Euthyphrone fueris inspiratus, siue Musa q;dam tibi pridem inhærens nunc te protinus concitauerit. SOC. O Vir bone Cratyle, ego quoq; sapientiam meā iam pridem admiror, neq; nimis confido. quare examinandum quid dicam, existimo. Nam à seipso decipi grauissimum est, nimis .n. periculosa res est, quum seductor abest nunquam, semperq; deceptū proxime comitatur. Oportet itaq; superiora frequēter aduertere, q; ut potè ta ille ait, ante illa retroq; cōspicere. Atqui q; in præsentia videamus quid à nobis sit dictum. Rectam diximus nominis rationem, quæ qualis quæq; res sit, ostendit. Nunquid sufficienter esse dictum asserimus? CRAT. Ego quidē assero. SOC. Docendi igitur gratia nomīa ipsa dicuntur? CRAT. Prorsus. SOC. An nō q; artē esse hanc dicimus, q; ipsius artifices? CRAT. Maxime. SOC. Quos? CRAT. Quos à principio tu legū et nomīum conditores cognominabas? SOC. Virū hanc artē similiter atq; alias inesse homībus, an aliter arbitramur? id autē est quod volo. pictores quidā deteriores sunt, quidam præstantiores? CRAT. Sunt. SOC. Nonne præstantiores opera sua pulchriora faciunt, figurās videlicet animalū? cæteri contra? Aedificatores quoq; similiter partim pulchriores, partim turpiores domos efficiunt? CRAT. Sic est. SOC. Nonne q; legū ipsarū auctores partim opera sua pulchriora, partim turpiora efficiunt? CRAT. Haud amplius istud admitto. SOC. Nō ergo leges alia meliores, deteriores alia tibi videtur. CRAT. Nō. SOC. Neq; et nomen ut apparet, aliud melius, aliud deterius impositū arbitraris. CRAT. Neq; istud. SOC. Ergo oīa nomīa rectè posita sunt. CRAT. Quæcūq; videlicet nomīa sunt. SOC. Quid de huius Hermogenis quod supra dictū est, nomine? Vtrum dicendum non esse illi istud impositum, nisi quod ἐποδὸν γένεσις .i. Mercurij generationis illi competat? An impositum quidem, non tamen rectè? CRAT. Neq; impositum esse, o Socrates, arbitror, sed videri. esse autem alterius cuiusdam nomen, cui natura inest quæ nomine continetur. SOC. Vtrum neq; mentitur quisquis Hermogenem esse eum dicit? Neque enim hoc est dubitandum, quin eum dicat Hermogenem esse, cum non sit. CRAT. Quæ ratione id ais? SOC. Nunquid ex eo quod non datur dicere falsū, sermo tuus constat, q; circa id versatur? permulti nempe, o amice Cratyle, q; nunc prædicant, q; quondam asseruerunt. CRAT. Quo pacto, o Socrates, dū dicit quis quod dicit, quod non est dixerit? An non hoc est falsa dicere, q; non sunt, dicere? SOC. Præclarior hic sermo amice, quàm cō-

liad. 1.

ditto

ditio mea & atas exigat. Attamen mihi dicas, Vtrum loqui falsa non posse aliquis tibi videtur, fari aut posse? CRAT. Neg, fari. SOC. Ac et neg, dicere, neg, appellare, salutare? Quemadmodum si quis tibi obuius hospitalitatis iure manu te prehensens dicat, Salue hospes Atheniensis, Smicrionis filii Hermogenes ille loqueretur ista, vel fari diceretur, vel diceret, vel salutaret, appellaret? ita, non te quidem, sed hunc Hermogenem, aut nullum? CRAT. Videtur mihi, o Socrates, incassum hac iste Vociferare. SOC. Sat habeo, Vtrum vera Vociferat, qui ita clamat, an falsa? An partim vera, partim falsa? Na hoc quoque sufficit. CRAT. Sonare huc ego dicam seipsum frustra mouente, ceu si quis era pulset. SOC. An aduerte Cratyle, Vtrum quoquo modo conueniamus. Nonne aliud nomen, aliud cuius nomen est, esse dicis? CRAT. Equidem. SOC. Et nomen rei ipsius imitatione quandam esse? CRAT. Maxime omnium. SOC. Et picturas alio quodam modo rerum quarundam imitationes? CRAT. Certè. SOC. Age vero, forte ego quid dicas, non satis intelligo, tu aut forsitan recte loqueris. possumus has imitationes Virasque & picturas & non a rebus his quarum imitationes sunt, attribuere, necne? CRAT. Possumus. SOC. Aduerte hoc in primis, numquid possit aliquis Viri imaginem Viro, & mulieri mulieris tribuere, & in alijs eodem pacto? CRAT. Sic certè. SOC. Num & contra, Viri imaginem mulieri, & mulieris viro? CRAT. Et hoc. SOC. An Vtraque distributiones huiusmodi recte sunt? vel potius altera, quam cuius proprium similem attribuit? CRAT. Mihi quidem videtur. SOC. Ne igitur ego ac tu cum simus amici, in verbis pugnemus, aduerte quod dico. Tale ego distributionem in imitationibus Vrisque, tam nonibus quam picturis rectam Voco. & in nonibus non rectam modo, sed veram. Alteram vero dissimilis ipsius tributionem illationemque, non rectam, et in nonibus preterea falsam. CRAT. At Vide, o Socrates, ne forte in picturis duxat id contingere possit, ut quis male dispartiat, in nonibus aut minime, sed necessariu sit recte semper adscribere. SOC. Quid ais? quo ab illo hoc differt? Nonne fieri potest ut cuiusdam viro quis obuius dicat, hac tua figura est, ostendatque illi forte viri illius figuram, forte et mulieris? Ostendere, inquam, sensibus oculorum offerre. CRAT. Certè. SOC. Nonne iterum ut eadem factus obuius dicat, nomen id tuum est? Imitatio quippe aliqua nomen est, quemadmodum & figura. Dico autem ita. Nonne licet illi dicere, nomen hoc tuum est? deinde in aurem idem infundere, forte eius imitatione dicendo quod vir est, forte vero facmina cuiusdam generis humani imitatione, dicendo quod mulier? Non videtur tibi hoc aliquando fieri posse? CRAT. Concedere tibi volo, o Socrates, sic esto. SOC. Recte facis amice, ac si id ita se habet, controuersia iam tolleretur. Porro si in his huiusmodi quaedam partitio sit, alterum vere loqui, alterum loqui falsa vocamus. Si hoc accidit, & possumus non recte nomina distribuere, & qua non propria sunt cuique reddere, similiter in verbis aberrare licet. Sin autem verba nominata ita congerere datur, necesse est et orationes similiter. Oratio quippe, ut arbitror, est verborum & nominum compositio. Quid ad ista Cratyle? CRAT. Quod & tu. probe namque loqui videris. SOC. Quinetiam si prima nomina ad literas ipsas quadam imitatione referimus, contingere potest in his quemadmodum in picturis, in quibus accidit ut congruas omnes figuras colo-

resque adhibeamus. Itemque ut non omnes, sed partim superaddamus, partim subtrahamus, pluraque & pauciora exhibeamus. Nonne fieri hoc potest? CRAT. Proculdubio. SOC. Qui conuenientia omnia tribuit, pulchras literas & imagines reddit. Qui vero addit, vel aufert, literas quidem ac imagines & ipse facit, sed malas. CRAT. Nempe. SOC. Qui autem per literas ac syllabas rerum essentiam imitatur, nonne eadem ratione si competentia omnia tribuit, pulchram imaginem efficit? Id autem nomen existit, sin autem in paucis deficiat vel excedat, imago quidem efficitur, sed non pulchra? Quamobrem nomina quaedam bene instituta erunt, quaedam contra. CRAT. Forte. SOC. Forsitan ergo nomina hic bonus erit artifex, ille malus. CRAT. Profecto. SOC. Nonne huic nomen erat nomum conditor? CRAT. Planè. SOC. Erit itaque in hoc quemadmodum in ceteris artibus conditor nomum bonus unus, alius vero non bonus, si modo superiora illa inter nos constant. CRAT. Vera haec sunt. Verum cernis, o Socrates, quoties has literas alpha & beta & quoduis elementorum nominibus per artem grammaticam attribuimus, siquid auferimus, vel addimus, vel et permutamus, quod nomen quidem scribimus, non tam recte, imò vero id nullo modo scribimus, quin potius statim aliud quiddam est, cum primum horum aliquid patitur. SOC. Videndum Cratyle, ne forte minus recte hoc pacto consideremus. CRAT. Quo pacto? SOC. Fortassis quaecumque aliquo ex numero consistere vel non constare necesse est, id quod ais perpetuntur, quemadmodum decem, aut quibus alius numerus. Nam quilibet numerus quocumque addito vel ablato, alius statim efficitur. Fortè vero qualitatis cuiuslibet & imaginis haud eadem ratio est, sed diuersa. Neque enim omnia imago habere debet quaecumque illud cuius imago est, si modo est imago futura. Animaduerte num aliquid dicam. An duo quaedam haec erunt, Cratylus videlicet, & ipsius imago, si quis eorum non modo colorem tuum figuramque expresserit, ut pictores solent, sed interiora quoque omnia similia tuis effecerit, mollitiem eandem, caloremque, motum, animam, sapientiam, & ut breui complectar, talia prorsus effinxerit omnia, qualia tibi insunt? Vtrum, inquam, alterum istorum Cratylus erit, alterum Cratylus ipsius imago? An Cratylus potius gemini? CRAT. Cratylus, o Socrates, ut arbitror, duo. SOC. Cernis amice aliam imaginis rationem esse querendam, quam illorum qua paulo ante diximus? neg, cogendum esse siquid vel additum, vel ablatum fuerit, ut non amplius sit imago? An non sentis quantum deest imaginibus, ut eadem habeant quae illa quorum imagines sunt? CRAT. Equidem. SOC. Ridiculum aliquid Cratyle ex nonibus contingeret his quorum nomina sunt, si prorsus illis similia redderentur. Gemina quippe omnia fierent, neutrumque illorum Vtrum esset potius dici posset, resne ipsa an nomen. CRAT. Vera loqueris. SOC. Ingenuè itaque fatearis, o vir generose, nomum aliud bene, aliud contra positum esse: neg, cogas omnes literas continere, adeo ut penitus tale sit, quale & id cuius est nomen: sed mitte literam quoque minus congruam afferri quandoque: si literam, & nomen similiter in sermone: si in sermone nomen, sermone insuper nequaquam conuenientem rebus tribui, & rem ipsam nihilominus nomini ari dicique, quoad rei ipsius cuius sermo est figura, insit quemadmodum in elementorum nominibus qua nuper ego &

ego & Hermogenes commemorauimus, si recordaris. CRAT. Recordor equidem. SOC. Bene hercle igitur quandocunque hoc inerit, quamuis non oia conuenientia prorsus adsint, dicitur. bene quidem, cum oia: male uero, cum pauca. Dicit itaq; o beate, mittamus, ne quemadmodum qui in Aegina noctis circueuantur, sero iter peragunt, ita & nos hoc pacto ad res ipsas reuera serius quam deceat, peruenisse uideamur. Vel salte aliam quamdam exquiras rectam nominis rationem, neq; confitearis declarationem rei literis ac syllabis factam, nomen esse. Porro si ambo hac dixeris, tibi ipse constare & consentire non poteris. CRAT. Videris mihi probe loqui, o Socrates. atq; ita pono. SOC. Postquam de his consentimus, quod restat discutiamus. Si bene nomen positum esse debet, oportere diximus literas sibi conuenientes inesse. CRAT. Plane. SOC. Conuenit aut ut litera reru similes insint. CRAT. Omnino. SOC. Quae igitur recte sunt posita, ita posita sunt. Siquid autem non recte positum est, ut plurimam quidem ex conuenientibus similibusq; literis constat, si quidem imago est. habet autem & aliquid non conueniens, propter quod non rectum est, neq; recte nomen est institutum. Sicne, an aliter dicimus? CRAT. Nihil est, o Socrates, ut arbitror, contendendum: neq; n. mihi placet, ut nomen quidem esse dicatur, non tamen recte positum. SOC. Vtrum hoc tibi non placet, quod nomen rei ipsius declaratio sit? CRAT. Placet. SOC. At uero nomina partim ex primis constituta esse, partim esse prima, non probe dictum putas? CRAT. Probe. SOC. Enim uero prima si quorundam declarationes esse debent, habesne modum comodiorum quo id fiat, quam si talia fiant, qualia illa sunt quae declarari uolumus? An modus iste potius tibi placet, quem Hermogenes alijq; plurimi tradunt, quod uidelicet non a conuentiones quaedam sint ipsi qui ita constituerunt, ac res ipsas praecognouere, aliquid referentes: rectaq; nominis ratio in conuentione consistat, neque intersit utrum quis ita ut nunc statutum est decernat, an contra: ut uidelicet o, quod nunc o paruum uocatur, o magnum cognominetur, uero quod modo uo magnu, uo paruum dicatur? Vter istorum quodis tibi modus placet? CRAT. Praestat oino, o Socrates, similitudine referre quod quis ostendere uult, quam quouis alio. SOC. Scite loqueris. Nonne si nomen rei simile est, necesse est elementa ex quibus prima nomina componuntur, natura ipsa rebus esse similia? Sic autem dico: an aliquis quandoq; picturam quam supra diximus, rei cuiusquam similem effinxisset, nisi colores ipsi quibus constat imago, essent natura rei illius similes quam pictoris studium imitatur? An non impossibile? CRAT. Impossibile plane. SOC. Eadem ratione nomina ipsa nunquam alicuius similia ferent, nisi illa quibus nomina componuntur, similitudinem aliquam haberent earum rerum, quarum nomina imitationes sunt. Ea uero quibus constant nomina, elementa sunt. CRAT. Sane. SOC. Iam tu sermonis eius esto particeps, cuius nuper Hermogenes. An recte dicere tibi uisi sumus, quod ipsum e latini, motui, asperitati congruit? CRAT. Recte mihi quidem. SOC. Ipsum autem leni & molli, ac ceteris q; narrauimus? CRAT. Profecto. SOC. Scisne quod idem, id est asperitas ipsa nobis quidem ουληροθς uocatur, Eretrienibus uero ουληροθς? CRAT. Vtique. SOC. Vtrum ambo haec e &

o, eidem similia uidentur, idemq; ostendunt tam illis per ipsum e determinationem, quam nobis per o nouissimum, uel alteris nostrum nihil referunt? CRAT. Vtriusq; plane demonstrant. SOC. Vtrum quatenus similia sunt e & o, uel quatenus dissimilia? CRAT. Quatenus similia. SOC. Nunquid penitus similia sunt, ad lationem aequae significandam? quin & ipsum λ iniectum, cur non contrarium asperitatis ipsius significat? CRAT. Fortè non recte iniectum est, o Socrates, quemadmodum ea quae tu in superioribus cum Hermogene hoc tractabas, dum & au ferebas & inferebas literas ubi maxime oportebat. Ac recte mihi facere uidebaris. & nunc fortè pro λ, p apponendum est. SOC. Probe loqueris. Quid uero, nunc ut loquimur, nihil percipimus inuicem, quando quis ουληροθς pronunciat? neq; tu quid nunc ego dicam, intelligis? CRAT. Intelligo equidem propter consuetudinem. SOC. O uir lepidissime, cum consuetudinem dicis, quid aliud praeter conuentionem dicere putas? An aliud consuetudinem uocas, quam quod ego cum id pronuncio, illud cogito, tu quoq; quod ipse cogite, percipis? Non hoc dicis? CRAT. Hoc ipsum. SOC. Si id me pronunciantem cognoscis, per me tibi fit declaratio, ex dissimili uidelicet eius quod ipse cogitans profero: quandoquidem ipsum λ dissimile est eius quo tu ουληροθς i. asperitatem uocas. Si hoc ita se habet, profecto ipse ad id te ipsum assuescatis, & ex hac conuentione rectam tibi nominis rationem proponis, postquam tibi idem tam dissimiles quam similes litera representant propter ipsum consuetudinis & conuentionis accessum. Sin autem consuetudo conuentio minime sit, haud adhuc recte dici poterit similitudinem, esse declarationem, imò consuetudinem dicere oportebat. Siquidem ex similitudine & dissimilitudine consuetudo declarat. His utiq; concessis, o Cratyle (nempe silentium tuum pro concessione ponam) necesse est consuetudinem aliquid conuentionemq; conijcere, conferreq; ad eorum quae sentimus & loquimur expressionem. Nam si uelis, optime uir, ad numerorū considerationem descendere, quo pacto speras, ad eò propria reperturum te nomina ut singulis numeris simile nomen attribuas, si non permiseris concessionem tuam, conuentionemq; auctoritatem aliquam circa nominum rationem habere? Mihi quidem & illud placet, ut nomina quoad fieri potest, rebus similia sint. Vereor tamen ne fortè, ut dicebat Hermogenes, tenuis quodammodo sit istius similitudinis usurpatio, cogamurq; & onerosa hac re, conuentione uidelicet uti, ad rectam nominum rationem: quonia tunc fortè pro uiribus optime diceretur, cum uel oino, uel maxima ex parte similibus. i. conuenientibus diceremus, turpissime uero cum contra. Hoc autem post hac insuper mihi dicas: quam nobis vim habent nomina, qui due pulchru per hac effici nobis asserimus? CRAT. Docere mihi quidem nomina uidentur, o Socrates, idq; simpliciter asserendum, quod quisquis nomina scit, & res itidem sciat. SOC. Fortè, o Cratyle, tale quiddam dicis, quod cum nouerit aliquis quale sit nomen est autem tale qualis & res existit, rem quoq; ipsam agnoscat, quandoquidem nominis est res similis. Ars autem una eademq; est oium inter se similitum. Hac rone inductus dixisse uideris, quod quisquis non a cognoscit, res quoq; ipsas agnoscat. CRAT. Vera loqueris. SOC. Age, uideamus quis modus docendarum rerum iste sit, quem ipse nunc

nunc dicis, & utrum alius praterea sit, hic tamē potior habeatur, vel alius prater hunc nullus. Utrum istorum potius arbitraris? CRAT. Hoc certē, quod nullus videlicet alius sit, sed hic solus & optimus. SOC. Vtrū verō & res ipsas ita reperiri censes, ut quicunq; nomina reperit, ea quoq; quorum nomina sunt, inueniat? An quærendum potius alium modum quædam, huncq; discendū? CRAT. Maxime oīum secundum ista hunc ipsum & quærendum & inueniendum. SOC. Age, ita cōsideremus, o Cratyle: si quis dum res inuestigat, nomina ipsa sequitur, rimaturq; quale unūquodq; vult esse, vides quam maximum deceptionis periculum subit? CRAT. Quo pacto? SOC. Quoniam qui principio nōa posuit, quales esse res opinatus est, talia quoq; nōa, ut dicebamus, effinxit. Nōne ita? CRAT. Ita prorsus. SOC. Si ergo ille non recte sensit, & ut sensit, instituit, nōne & nos sequentes eius vestigia deceptos iri existimas? CRAT. Haud ita est, imō necesse scientē fuisse illum, qui nōa posuit. Aliter aut, ut iandudum dicebam, nomina nequaquam essent. Evidentissimo autem argumento id esse tibi pot, haud à veritate aberravisse nōum autorem, quod si male sensisset, nequaquam sibi ita omnia consonarent. An non advertisti & ipse, cum diceres oīa in idem tendere? SOC. Nihil ista, o bonē Cratyle, valet defensio. Quid enim mirum est, si primo deceptus nōum institutor, sequentia rursus ad primum vi quadam traxit, & ipsi cōsonare cōegit? Quemadmodū circa figuras interdum exiguū quodam primo ignoto falsoq; existente, reliqua deinceps multa inuicem consonant. Debet n. quisq; circa rei cuiusq; principium statuendum, differere multa, diligētissimeq; considerare, utrum recte decernat, necne. quo quidem sufficienter examinato, cetera iam principii sequi debent. Miror tamen, si nōa sibi met congruunt. Consideremus iterū qua supra retulimus. diximus profecto ita nōa essentiam significare, quasi omnia currant, ferantur & defluant. Itane significare censes? CRAT. Ita certē. & recte quidē. SOC. Videamus itaq; ex illis aliqua repetentes. Principio nomen hoc ἐπιστήμη. i. scientia ambigū est, magisq; significare videtur, quod ἵσθαι. i. sistit in rebus ai am, quam quod cum rebus pariter circumfertur: rectiusq; esse videtur, ut principii eius ut nunc ἐπιστήμη dicamus, quam per ἐπιστήμη electionem, & pro ἐπιστήμη potius adiciamus. Deinde βέλτερον. i. firmum dicitur, quoniam βέλτερος & σάστερος. i. firmamētū, & status potius quam lationis est imitatio. Praterea ἰσοπλάξ id forte significat quod ἰσότης ἢ ἰσότης. i. sistit fluxum, & ipsum ἰσότης. i. credendum, ἰσότης. i. firmare oīno significat. Quinetiam μνήμη. i. memoria, ostēdit prorsus quod in anima non agitatio est, sed ἡσυχία. i. quies, stabilitq; permansio. Atqui si quis nōa ipsa obseruet ἢ ἀμαρτία et σωματόπαι. i. error & contingentia casusq;, idem videbuntur inferre, quod οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη. i. intelligentia atq; scientia, & cetera nōa quæ præclaris sunt rebus imposita. Item ἢ ἀμαρτία & ἀνομοσύνη. i. inscitia & intemperantia, proxima his videntur. ἀμαρτία quidem importare videtur, ἀμαρτία βωδ' ἰορὴς πορῶν. i. simul cum deo euntis progressum. ἀνομοσύνη verō oīno quandam ipsarū rerum ἀνομοσύνη. i. persecutionē atq; congressum. Atq; ita q; rerum turpissimarū nōa esse putamus, nōum illorum q; circa pulcherrima sunt, quam similima videbuntur.

Circa principium statuendum differere multa oportet.

Arbitror & alia multa reperiri posse, si quis ad hæc incumbat, ex quibus iterum iudicabit nōum autorem nō currentes delatasq; res, imō stabiles indicare. CRAT. Veruntamen multa, o Socrates, secundū agitationis significationē vides illū constituisse. SOC. Quid agemus, o Cratyle? Nunquid suffragiorum calculorumq; instar nōa ipsa dinumerabimus? atq; ad hanc normā de rectitudine nōum iudicabimus, ut ea tandē vera sint, quibus significationes plurimum nōum suffragantur? CRAT. Haud decet. SOC. Non certē amice. Sed his iam omisis, redeamus illuc unde digressi sumus. Dixisti nuper, si recordaris, necessarium esse, illum qui nōa statuit, p̄nōuisse ea quibus nōa a tribuebat: perstas adhuc insita, necne? CRAT. Adhuc. SOC. Nunquid & illum qui prima nōa posuit, nouisse ais dum poneret? CRAT. Nouisse. SOC. Quibus ex nōis res vel didicerat, vel inuenerat, quando necdum prima nōa fuerant, instituta? cum dictū sit impossibile esse res vel inuenire, vel discere, nisi qualia nōa sint, didicerimus, vel ipsi nos inuenimus? CRAT. Videris mihi nonnihil, o Socrates, dicere. SOC. Quo igitur pacto dicemus eos scientes nōa posuisse? vel legum & nōum conditores ante positionem cuiuslibet nōis extitisse, eosq; res antea cognouisse, siquidē non aliter quam ex nōis disci res possint? CRAT. Reor equidē Socrates verissimū eum esse sermonē quo dicitur excellentiorem quandam potentiam quam humanam prima rebus nōa præbuisse, quo necessarium sit ut recte fuerint distributa. SOC. Nunquid putas cōtraria sibi ipsi posuisse nōum autorem, si dāmon aliquis vel Deus existit? an nihil tibi supra dixisse videmur? CRAT. Fortē nondū alterum istorū nōa erant. SOC. Vtra igitur erāt vir optimē? nūqua ad statum vergunt? an q; ad motū potius? Neq; n. ut modo diximus, multitudine iudicabitur. CRAT. Sic decet Socrates. SOC. Cum itaq; differant cōtendantq; de veritate inuicem nōa, & tam hæc quam illa verō propinquiora esse se asserant, cuius ad normam dijudicabimus? Quō nos vertemus? Neq; n. ad alia nomina confugiemus, quia prater hæc nulla. Verum alia quædam prater nōa quaerenda sunt, quæ nobis ostēdant absq; nōis, vtra istorum vera sint, rerum videlicet monstrantia veritatem. CRAT. Ita mihi videtur. SOC. Si hæc vera sunt Cratyle, possunt, ut videtur, res sine nōis percipi. CRAT. Apparet. SOC. Per quid prætissimum aliud speras res ipsas percipere? Nōne per quod consentaneū ac decens est? per mutuam illarum cōionem, scilicet si quo modo inuicem cognate sunt, & per seipsas maxime. Quod n. aliud est ab illis, aliud quiddam nō illas significat. CRAT. Vera loqui videris. SOC. Dic obsecro nōne iam saepe concessimus, nomina quæ recte posita sunt, similia illorum esse quorum sunt nōa, rerumq; imagines esse? CRAT. Concessimus planē. SOC. Si ergo licet res per nomina discere, ac etiam per seipsas, quæ præstantior erit lucidiorq; perceptio? Num si ex imagine cogitetur, & imago ipsa vtrum recte expressa sit, & veritas cuius hæc est imago? An potius si ex veritate ita veritas ipsa quam ipsius imago, nunquid decenter imago ad eam fuerit instituta? CRAT. Si ex veritate. SOC. Qua ratione res vel per doctrinam vel per inuentionem comprehendenda sint, iudicare, maioris quam meum ac tuum sit, ingenij opus esse videtur. Sufficiat autē nunc inter

inter nos constituisse quod non ex nominibus, imò ex se ipsis potius discenda quaerenda sunt. CRAT. Sic apparet ò Socrates. SOC. Animaduertamus & hoc praeterea, ne multa haec nomina in idem tendentia nos decipiant, cū qui illa imposuerunt, currere omnia semper fluereq; putauerint, atq; ea consideratione posuerint: videntur nempe mihi ita existimasse: quorum tamen opinio si talis extitit, falsa habenda est. profecto illi velut in quandam delapsi vertiginem, & ipsi vacillant iactanturq;, & nos in eadem rapientes immergunt. Considera vir mirifice Cratyle quod ego sepe numero somnio, Vtrum dicendum est esse aliquid ipsum pulchrum ac bonum, & vnumquodque existentium ita, necne. CRAT. Mihi quidem ò Socrates esse videtur. SOC. Illud igitur ipsum consideremus, nõ si vultus quidam aut aliquid talium pulchrum est, quippe haec omnia fluunt: sed ipsum pulchrum dicimus, nõne semper tale quale est perseverat? CRAT. Necessè est. SOC. Nunquid possibile est ipsum rectè denominare, si semper subterfugit, ac primo quid illud sit, deinde quale sit dicere? vel necessariū est, dum loquimur aliud ipm statim fieri, iugiterq; diffugere, nec tale amplius esse? CRAT. Necessarium. SOC. Quo pacto aliquid illud erit, quod nunquam eodem modo se habet? Si enim quandoque eodem modo se habet, eo in tempore minimè permittatur: sin autem semper eodem modo se habet, idemq; existit, quomodo transit vel mouetur, cum ideam suam non deserat? CRAT. Nullo pacto. SOC. Praeterea à nullo cognoscetur. dum enim cognitura vis ipsum aggrederetur, aliud alienumq; fieret. quare quid sit aut quale cognosci non posset. nam cognitio nulla ita rem percipit, vt nullo modo se habentem percipiat. CRAT. Est vt ais. SOC. Sed neque cognitionem ipsam esse affirmandum est, ò Cratyle, si decidunt omnia, nihilq; permanet. Si enim cognitio ex eo quod cognitio est non decidit, permanebit semper, ac semper erit: cognitio: sin autem cognitionis species ipsa discedit, simul & in aliam cognitionis speciem delabatur, neque cognitio erit, Quod si perpetuo migrat, semper non erit cognitio. Atque hac ratione neque quod cognitum est, neq; quod cognoscendum, semper erit. Sin autem semper est quod cognoscit, est quod cognoscitur, est pulchrum, est & bonum, estq; denique existentium vnumquodque quæ in presentia dicimus, fluxus lationis similia non videntur. Vtrum verò haec ita sint, an vt dicebant Heracliti sectatores, alijq; permulti, haud facile discerni potest. Neque hominis sanè mentis est seipsum animumq; suum nominibus credere, & autorem nominum sapientem assuerare, atque ita de seipso rebusq; omnibus malè sentire, vt putet nihil integrum firmuq; existere, sed omnia velut fictilia fluere atq; concidere, et quemadmodum homines de stillationibus capitis egrotantes, similiter quoque res ipsas affici iudicet, adeo vt de stillatione & fluxu omnia comprehendatur. Forte ò Cratyle ita est, forte etiam aliter, forti animo & diligentissimo studio inuestiganda res est. neque enim facile assentiendum. Iuuenis adhuc es, atque tibi sufficit aetas. Et siquid inueneris indagando, mihi quoq; impartiri debes. CRAT. Nauabo operam Socrates. Ac certè scito me etiam in presentia non torpere, imò cogitanti mihi & multa animo resoluenti multo magis ita vt dicebas ipse, quam vt Heraclitus, res sese habere viden-

tur. SOC. Deinceps amice postquam redieris me doceto. Nunc autem vt constituisti, in agrum perge. Atqui et Hermogenes hic te comitabitur. CRAT. Fiet vt mones Socrates. Verum tu quoque iam de his cogita.

GORGIIAS PLATONIS, VEL, DE RHETORICA. MARSILII FICINI ARGUMENT.



VM duo quaedam in animo potissima sint, cognitio & affectus, cognitionem quidem sophistæ sub veritatis specie ad falsa detorquent, affectum verò populares poetæ sub concinnæ voluptatis esca in dissonas perturbaciones sepe precipitant. Oratores denique populares tunc cognitionem falsis decipiunt coniecturis, tum affectum in motus varios concitant, Quapropter cum horum opera mentes hominum, tum falsis opinionibus, tum perniciosis affectibus egrotare cogantur, Plato humanorum medicus animorum nos à sophistis quidem omnino, ab oratoribus quoq; atque poetis quodammodo procul abducit. profecto sophistas & undique & omnes exterminat. poetas autem neq; omnes, sed illos qui vel turpia de dijs & singulis dicentes assuefacere, sed & diuinos hymnos canere, & leges patrias magnorumq; gesta virorum grauius recensere. Sed vt reuertamur ad oratores, hos quoq; non omnes Plato vituperat, sed eos duntaxat, qui ad id incumbunt assidue, vt quicquid libuerit, quacunque ualeant ratione audientibus persuadeant absq; delectu, sine malum, id est, siue bonum, seu falsa sit ratio seu uera, vel commiseratio, vel concitatio, vel coniectura. Quale fuerat Lysias Thebani, atq; Tisias, necnon Gorgiae Leontini propositum. Anteponeit verò alijs Periclem in Phædro atque Isocratem, propterea quod eloquentiam cum philosophia coniunxerint. Additq; legitimum oratorem oportere rerum intelligere rationes, morum leges, uerborum vires, naturas ingeniorum, uerbaq; certa quadam ratione componere ingenijs audientium quoad fieri potest accommodata, communis boni persuadendi gratia: neque tam ad id incumbere, vt ea quæ dicit hominibus gratia sint, quam vt accepta deo. Eum verò qui Tisias Gorgiaeq; more non ueritatem ipsam atque iustitiam, sed coniecturam turba duntaxat uerisimilem probabilemque sequitur, tanquam hominem ciuitati ante alios noxium detestatur, quasi eloquentia sine sapientia sit ensis acutus in manibus furiosi. Duos autem exagitat ante alios, Lysiam quidem in Phædro, hic uero Gorgiam. Nam quanto maioris autoritatis erant, tanto periculosiores erant. Adducitur hic in medium & Polus orator Gorgiae sectator, & Callicles eorum astipulator. Socrates autem primo per Chærephonem agit familiae rem suam, & id quidem aduersus Polum. Deinde ipse per se contra Gorgiam. Quoniam uero hi in aliarum rerum rationibus assignandis apud populum mirum in modum gloriari solebant, ostenditur eos, vt ipsis omnis adimatur fides, nescire suæ professionis rationes afferre. Interrogatus enim Polus quæ sit ars Gorgiae, cum debuisset eam solum per necessaria definire, & quæ sit explicare, per superflua circumscripsit & qualis, & id quidem affectato uim stylo, quo uti consueuisset, in Phædro, ubi de oratorum stylis agit, confirmatur. Deinde interrogatus ipse Gorgias quæ sit ars eius, inepta quadam iactantia respondit esse rhetoricam. Rogatur deinceps quid sit rhetorica definire. Meminisse uero debemus rem quamlibet in eo quod ipsa est, partim quidem cum rebus alijs conuenire, partim uero differre: atque id per quod conuenit nominari genus: per quod discrepat, differentiam. hinc fit, vt definitio quæ id ipsum quod res est comprehendat, per genus eiusmodi, differentiamque debeat assignari. Gorgias ergo uisus est qui artem suam nesciat definire, genus ipsius & id quidem inepte profert. Differentiam uero quam mox in eadem restitutione uia cum genere debebat adducere, uix tandem post multa